HANS H. ØRBERG

LINGVA LATINA

PER SE ILLVSTRATA

PARS I

FAMILIA ROMANA



CONSPECTVS GRAMMATICVS



Edizioni Accademia
Vivarium novum
Roma, MMXII

CONSPECTVS GRAMMATICVS CAP. I

RŌMA IN ITALIĀ EST. GERMĀNIA IN IMPERIŌ RŌMĀNŌ NŌN EST.

-A > IN + -Ā

Italia: *Rōma in Italiā est.* (v. 1)
Eurōpa: *Italia in Eurōpā est. Graecia in Eurōpā est.* (vv. 1-2)

-UM > IN + -Ō

imperium Rōmānum: *Germānia in imperiō Rōmānō nōn est.* (vv. 58)

ITALIA IN EURŌPĀ EST. ITALIA ET GRAECIA IN EURŌPĀ SUNT.

1	Italia	in Eurōpā est. (v. 1, numerus singulāris)
1+1 = 2	Italia et Graecia	in Eurōpā sunt. (v. 2, numerus plūrālis)
1+1+1 = 3	Italia et Graecia et Hispānia	in Eurōpā sunt. (vv. 3-4, numerus plūrālis)

– QUOQUE

a	Italia	in Eurōpā est. (v. 1)
a+b	Italia et Graecia	in Eurōpā sunt. (v. 2)
(a+b) + c	Italia et Graecia	in Eurōpā sunt. (v. 2)
	Hispānia **quoque**	in Eurōpā est. (vv. 2-3)
a+b+c	Italia et Graecia et Hispānia in Eurōpā sunt. (vv. 3-4)	

a	Italia	in Eurōpā est. (v. 1)	
a+b	Italia	in Eurōpā est.	Graecia **quoque** in Eurōpā est.
	Syria nōn est in Eurōpā, sed in Asiā.		Arabia **quoque** in Asiā est. (v. 7)

RŌMA EST IN ITALIĀ. = RŌMA IN ITALIĀ EST.

Rōma est in Italiā. (v. 1) = *Rōma in Italiā est.*
Ubi est Nīlus? (v. 16) = *Nīlus ubi est?*
Rhēnus et Dānuvius sunt fluviī in Germāniā. (v. 20) = *Rhēnus et Dānuvius fluviī in Germāniā sunt.*

AEGYPTUS IN EURŌPĀ NŌN EST, AEGYPTUS IN ĀFRICĀ EST.

\+ Italia in Eurōpā est. (v. 1)
\- Aegyptus in Eurōpā nōn est. (v. 5)

Estne Gallia in Eurōpā? Gallia in Eurōpā est. Estne Rōma in Galliā? Rōma in Galliā nōn est. (vv. 11-12)

UBI EST RŌMA? RŌMA EST IN ITALIĀ

Ubi est Rōma? Rōma est in Italiā. (vv. 12-13)
Ubi est Nīlus? Nīlus in Āfricā est. (vv. 16-17)
Rhēnus ubi est? Rhēnus est in Germāniā. (vv. 16-17)
Ubi sunt multae prōvinciae? In imperiō Rōmānō sunt multae prōvinciae. (v. 60)

SYRIA NŌN EST IN EURŌPĀ, SED IN ASIĀ.

Syria nōn est in Eurōpā, sed in Asiā (est). (vv. 6-7)
Germānia nōn in Asiā (est), sed in Eurōpā est. (vv. 8-9)
Rhēnus nōn fluvius parvus (est), sed fluvius magnus est. (vv. 22-23)

ESTNE GALLIA IN EURŌPĀ? NUM CRĒTA OPPIDUM EST? QUID EST CRĒTA?

Estne Gallia in Eurōpā?	*+ Gallia in Eurōpā est.* (v. 11)
Estne Rōma in Galliā?	*- Rōma in Galliā nōn est.* (vv. 11-12)
Num Crēta oppidum est?	*- Crēta oppidum nōn est!* (v. 49)
Num Sparta īnsula est?	*- Sparta īnsula nōn est!* (v. 50)
Quid est Crēta?	*Crēta īnsula est.* (v. 50)
Quid est Sparta?	*Sparta oppidum est.* (vv. 51-52)
Rhēnus quid est?	*Rhēnus est magnus fluvius.* (v. 52)

CONSPECTVS GRAMMATICVS CAP. II

‘SERVUS’ EST VOCĀBULUM MASCULĪNUM (cāsus nōminātīvus)

Quis est Mārcus?	Mārcus est puer Rōmānus (v. 15, numerus singulāris)
Quī sunt fīliī Iūliī?	Fīliī Iūliī sunt Mārcus et Quīntus (v. 20, numerus plūrālis)

ūnus (I) vir	Iūlius vir Rōmānus est. Mārcus puer Rōmānus est.
ūnus servus	Mēdus est servus Iūliī.
duo (II) virī	Mārcus et Quīntus nōn virī, sed puerī sunt.
duo (II) servī	Mēdus et Dāvus duo servī sunt.
trēs (III) servī	Mēdus et Dāvus nōn trēs, sed duo servī sunt..

‘FĒMINA’ EST VOCĀBULUM FĒMINĪNUM (cāsus nōminātīvus)

Quae est Aemilia?	Aemilia est fēmina Rōmāna.

ūna (I) fēmina	Aemilia fēmina Rōmāna est.
duae (II) fēminae	Dēlia et Syra sunt fēminae.
trēs (III) fēminae	Aemilia et Dēlia et Syra sunt fēminae.

‘OPPIDUM’ EST VOCĀBULUM NEUTRUM (cāsus nōminātīvus)
(‘neutrum’ = nōn masculīnum, nōn fēminīnum)

~~Quid~~ Quae est Iūlia?	Iūlia puella Rōmāna est.
~~Quae~~ Quid est Crēta?	Crēta est īnsula Graeca.
Quid est Brundisium?	Brundisium est oppidum Rōmānum.

ūnum (I) oppidum	Brundisium oppidum Rōmānum est.
duo (II) oppida	Brundisium et Capua duo oppida Rōmāna sunt.
tria (III) oppida	Brundisium et Capua et Tūsculum tria oppida Rōmāna sunt.

IŪLIUS EST PATER MĀRCĪ ET QUĪNTĪ ET IŪLIAE (cāsus genitīvus)

numerus singulāris

Quis est Iūlius?	Iūlius vir Rōmānus est.
Estne pater Iūlius?	Ita, Iūlius pater est.
Cuius pater est Iūlius?	Iūlius est pater Mārcī et Quīntī (< Mārcus, Quīntus, v. 10).
	Iūlius quoque pater Iūliae est (< Iūlia, v. 11).
Familia Rōmāna est liber Latīnus.	‘Familia Rōmāna’ est titulus librī Latīnī (< liber, v. 83)
Brundisium est oppidum Rōmānum.	‘Brundisium’ est nōmen oppidī Rōmānī (< oppidum).

numerus plūrālis

	Mārcus, Quīntus, Iūlia sunt trēs līberī Iūliī et Aemiliae.
Cuius pater est Iūlius?	Iūlius est pater līberōrum (< līberī, v. 29).
Cuius est domina Aemilia?	Aemilia est domina ancillārum (< ancillae, v. 34).
	In Graeciā est magnus numerus oppidōrum (< oppida).

QUOT LĪBERĪ SUNT IN FAMILIĀ? IN FAMILĀ TRĒS LĪBERĪ SUNT?
(numerālia < numerī)


Quot sunt fīliae Iūliī et Aemiliae?	Ūna est fīlia Iūliī et Aemiliae.
Quot sunt īnsulae in Graeciā?	In Graeciā multae īnsulae sunt.
	= In Graeciā magnus numerus īnsulārum est.
Quot sunt īnsulae in Germāniā?	In Germāniā paucae īnsulae sunt.
	= In Germāniā parvus numerus īnsulārum est.
Quot sunt magnī fluviī in Āfricā?	In Āfricā ūnus magnus fluvius est. (v. 58)
Quot sunt fīliī Iūliī et Aemiliae?	Fīliī Iūliī et Aemiliae sunt trēs.
Quot sunt fluvī in Germāniā?	In Germāniā multī fluviī sunt.
	= In Germāniā magnus numerus fluviōrum est. (vv. 56-57)
Quot sunt fluviī in Āfricā?	In Āfricā paucī fluviī sunt.
	= In Āfricā parvus numerus fluviōrum est.
Quot sunt oppida in Italiā?	In Italiā multa oppida sunt.
	= In Italiā magnus numerus oppidōrum est. (vv. 55-56)

NŌTĀ BENE!

- CĒTERĪ: *In Āfricā ūnus fluvius magnus est: Nīlus; cēterī fluviī Āfricae parvī sunt.* (vv. 57-58)
- A et B et C; A et B C-que; A, B, C: *Mārcus et Quīntus et Iūlia = Mārcus, Quīntus Iūlia-que = Mārcus, Quīntus, Iūlia* (nōn ~~*Mārcus, Quīntus et Iūlia*~~).(vv. 4, 8, 21)
- QUOQUE: *Iūlius pater Mārcī et Quīntī est. Iūlius pater Iūliae quoque est.* (vv. 10-11)
- ECCE!

ecce duo librī ⟶

liber antīquus



liber novus



CONSPECTVS GRAMMATICVS CAP. III

IŪLIA CANTAT. MĀRCUS RĪDET. MĀTER VENIT. (verba temporālia)

-AT: Iūlia cantat. Mārcus Iūliam pulsat. Iūlia nōn cantat, sed plōrat. (vv. 3, 8, 9)

- ET: Mārcus rīdet. Quīntus Mārcum videt. Iūlia respondet. (vv. 10, 11, 25)

-IT: Māter venit. Pater dormit neque Quīntum audit. (vv. 21, 44)

MĀRCUS IŪLIAM PULSAT. QUĪNTUS MĀRCUM VIDET. (cāsus accūsātīvus)

- A > -AM

Mārcus Iūliam (< Iūlia) pulsat. (v. 8)

Iūlia Aemiliam (< Aemilia) vocat. (v. 16)

- US > -UM

Quīntus Mārcum (< Mārcus) videt. (v. 11)

Quīntus Mārcum (< Mārcus) pulsat. (v. 14)

IŪLIA PLŌRAT, QUIA MĀRCUS EAM PULSAT. *CŪR IŪLIUS QUĪNTUM NŌN AUDIT?* IŪLIUS EUM NŌN AUDIT, QUIA DORMIT. (prōnōmina persōnālia)

Iūlia plōrat, quia Mārcus **e-am** (: Iūli-am) pulsat.

Cūr Iūlius Quīntum nōn audit? Iūlius **e-um** (: Quīnt-um) nōn audit, quia dormit.

Aemilia: *Quis mē vocat?*
Quīntus: *Iūlia tē vocat.*

CŪR IŪLIA PLŌRAT? IŪLIA PLŌRAT QUIA MĀRCUS EAM PULSAT.

Cūr Iūlia plōrat?	Iūlia plōrat quia Mārcus eam pulsat. (vv. 26-27)
Cūr Mārcus Iūliam pulsat?	Quia Iūlia cantat. (vv. 30-31)

UBI EST IŪLIUS? CŪR (IŪLIUS) NŌN VENIT?

Ubi est Iūlius? Cūr (Iūlius) nōn venit? (v. 36)

Iūlius eum nōn audit, quia (Iūlius) dormit. (v. 43)

Cūr māter Mārcum verberat? Mārcum verberat, quia (Mārcus) puer improbus est. (v. 58)

QUIS? PUER QUĪ... / QUAE? PUELLA... QUAE... / BACULUM QUOD... (prōnōmina interrogātīva, relātīva – cāsus nōminātīvus)

-US: Puer quī parvam puellam pulsat improbus est. (v. 63)

Quis est puer quī rīdet? (v. 69)

- A: Quae est puella quae plōrat? (v. 70)

- UM: Baculum quod in mēnsā est (vidē cap. IV, v. 75)

QUEM? PUER QUEM.... PUELLA, QUAM... /// QUID? BACULUM, QUOD... (prōnōmina interrogātīva, relātīva – cāsus accūsātīvus)

-US/A: Quem vocat Quīntus? Quīntus Iūlium vocat. (v. 77)

- US: Puer quem Aemilia verberat est Mārcus. (vv. 75-76)

- A: Puella quam Mārcus pulsat est Iūlia. (vv. 72-73)

- UM: Mēdus baculum, quod in mēnsā est, videt. (vidē cap. IV, v. 75)

NŌTĀ BENE!

- NEQUE (= ~~ET NŌN~~): *Iūlius dormit neque Quīntum audit. Iūlius venit, neque Aemilia eum videt.* (v. 44)

CONSPECTVS GRAMMATICVS CAP. IV

DĀVE! SALVĒ, DOMINE! SALVĒ, SERVE! (cāsus vocātīvus)

-US > -E: Dāve! Salvē, domine! Salvē, serve!

DĀVUM VOCĀ! TACĒ, SERVE! PŌNE SACCULUM! DĀVE, VENĪ!
(coniugātiō I, II, III, IV; modus indicātīvus)

1. VOCĀ, Dāvum! Mēdus Dāvum VOCA-T.
   vocā-, cantā-, pulsā-, verberā-

2. TACĒ, serve! Servus TACE-T.
   tacē-, vidē-, habē-, salvē

3. PŌN-E sacculum in mēnsā! Dāvus sacculum in Mēnsā PŌN-I-T.
   pōn-, sūm-, discēd-

4. VENĪ, Dāve! dāvus VENIT.
   venī-, audī-, dormī-

Nōtā bene:

DĀV-UM VOCĀ! MĒD-US DĀV-UM VOCA-T.


Mēd-e, vocā Dāv-um! Mēd-us Dāv-um voca-t = thēma vocābulī

Mēd-e, vocā Dāv-um! Mēd-us Dāv-um voca-t = terminātiō vocābulī

MODUS INDICĀTĪVUS:

Quīntus Mārcum indicat.

"Mamma! Mārcus Iūliam pulsat."



MODUS IMPERĀTĪVUS

Dominus imperat: "Dāve, venī!" Servus pāret, et venit.

MĒDUS DISCĒDIT, QUIA IS… /// IN SACCULŌ EIUS (: IŪLIĪ)… (prōnōmina persōnālia)

QU-IS pecūniam dominī habet?	Mēdus pecūniam dominī habet. Mēdus discēdit, quia IS pecūniam dominī habet. (v. 77)
Pulsatne Quīntus MĀRC-UM?	Ita, Quīntus E-UM pulsat, quia is parvam puellam pulsat.
CU-IUS est sacculus in mēnsā?	In mēnsā sacculus Iūliī est. In sacculō E-IUS est pecūnia. (vv. 3-4)

Nōtā bene: Mēdus nōn respondet, quia (is) abest. (v. 85)

DĀVUS SACCULUM SUUM… X IAM SACCULUS EIUS…

Dāvus sacculum habet.

Dāvus: "Sacculus MEUS est."

Iūlius: "Dāve, sacculus est TUUS."

Dāvus sacculum SUUM habet.

Mēdus pecūniam in sacculō suō habet.

Dāvus: "Mēde, in saculō tuō *nōn est* pecūnia *tua*. Estne pecūnia IŪLIĪ?"

Mēdus: "Ita, pecūnia *mea nōn* est. Est pecūnia EIUS."

Mēdus in sacculō suō pecūniam *suam nōn* habet.

Habetne *Mēdus* in sacculō suō pecūniam IŪLIĪ? Ita, *is* habet in sacculō *suō* pecūniam EIUS.

Iūlius servum SUUM vocat.	Servus EIUS abest.
Iūlius sacculum SUUM in mēnsā videt.	Iam sacculus EIUS in mēnsā est (vv. 61–62).

NŌTĀ BENE!

- IN MĒNSĀ PŌNIT: *Ubi Dāvus sacculum suum pōnit? Dāvus sacculum suum in mēnsā pōnit.* (v. 60)


CONSPECTVS GRAMMATICVS CAP. V

IŪLIUS ET AEMILIA DUŌS FĪLIŌS ET ŪNAM FĪLIAM HABENT – NŌN DUĀS FĪLIĀS (cāsus accūsātīvus – numerus plūrālis)

-OS/-US > -OM > **-UM**	-OI/-Ī > **-ŌS**
Iūlius serv-um su-um vocat. (cap. IV)	Iūlius MULT-ŌS SERV-ŌS habet. (v. 6)
-A > **-AM**	-AE > **-ĀS**
Aemilia ūn-am fīli-am habet. (v. 3)	Aemilia MULT-ĀS ANCILL-ĀS habet. (vv. 7-8)
-OM/-UM	**-A**
Servus bacul-um, quod in mēnsā est, videt.	Iūlius MULT-A LĪLI-A ih hortō suō habet. (v. 14)

AB, CUM, EX, IN, SINE + -Ō/-Ā/-ĪS (praepositiōnēs < prae + pōnere, cāsus ab-lātīvus)

-OS/-US **> -Ō**	-OI/-Ī > -OIS **> -ĪS**
Vīlla in magn-ō hort-ō est (v. 12)	In HORT-ĪS sunt rosae et līlia. (v. 13)
-A > **-Ā**	-AE > -AIS **> -ĪS**
Iūlius in magn-ā vīll-ā habitat. (v. 1)	Iūlia cum quīnque ROS-ĪS venit. (v. 58)
-OM/-UM **> -Ō**	-A > -OIS **> -ĪS**
Iūlius in oppid-ō Tūscul-ō est. (vv. 45-46)	Servī in PARV-ĪS CUBICUL-ĪS dormiunt. (vv. 38-39)



Iūlia in hortō est

CUM Pater et māter habitant cum Mārcō et Quīntō et Iūliā. Iūlius et Aemilia in vīllā habitant cum līberīs et servīs et ancillīs. (v. 11)


IN Vīlla Iūliī in magnō hortō est. In hortīs sunt rosae et līlia. (vv. 12-13)

AB Iūlia ab Aemiliā discēdit. (vv. 48-49)

EX Iūlia rosās carpit et cum quīnque rosīs ex hortō venit. (v. 58)

SINE Aemilia sine virō suō Iūliō in vīllā est. Iūlius in oppidō sine Aemiliā est. (vv. 43-46); Puella sine rosīs pulchra nōn est. (v. 63)


Iūlia *ex hortō* venit



Iūlia *cum* Aemiliā est
Iūlia *ab* Aemiliā discēdit

IS EA ID (prōnōmina persōnālia)

SG.	**M.**		**F.**		**N.**	
nom.	qu-is	> *is*	fēmin-a	> *e-a*	qu-id	> *id*
acc.	puer-um	>*e-um*	puell-am	> *e-am*	qu-id	> *id*
gen.	cu-ius	> *e-ius*		>*e-ius*		> *e-ius*
abl.	hort-ō	> *e-ō*	vīll-ā	> *e-ā*	imperi-ō	> *e-ō*

PL.	**M.**		**F.**		**N.**	
nom.	serv-ī > *e-ī*	> *i-ī*	ancill-ae	> *e-ae*	cubicul-a	> *e-a*
acc.	serv-ōs	> *e-ōs*	ancill-ās	> *e-ās*	cubicul-a	> *e-a*
gen.	serv-ōrum	> *e-ōrum*	ancill-ārum	> *e-ārum*	cubicul-ōrum	> *e-ōrum*
abl.	serv-īs > *e-īs*	> *i-īs*	ancillīs > *e-īs*	> *i-īs*	cubicul-īs > *e-īs* > *i-īs*	

IŪLIA, VENĪ! **MĀRCE ET QUĪNTE, VENĪTE!** (modus imperātīvus)

	numerus	**singulāris**	**plūrālis**
1. -A	**imperātīvus**	*vocā!*	*vocā|te!*
	indicātīvus	*voca|t*	*voca|nt*
2. -E	**imperātīvus**	*vidē!*	*vidē|te!*
	indicātīvus	*vide|t*	*vide|nt*
3. /-	**imperātīvus**	*pōn|e!*	*pōn|ite!*
	indicātīvus	*pōn|it*	*pōn|unt*
4. -I	**imperātīvus**	*audī!*	*audī|te!*
	indicātīvus	*audi|t*	*audi|unt*


NŌTĀ BENE!

- RĪDET + CĀSUS ACCŪSĀTĪVUS: *Puerī mē rīdent.* (v. 70) *Puerī Iūli-am rīdent.*
- AGE! AGITE! + MODUS IMPERĀTĪVUS: *Age! Venī, serve! Agite! Venīte servī!* (cf. vv. 87, 103)

CONSPECTVS GRAMMATICVS CAP. VI


AD, ANTE, APUD, CIRCUM, INTER, PER, POST, PROPE + -UM/-AM/-UM; -ŌS/-ĀS/-A

(praepositiōnēs < prae + pōnere, cāsus accūsātīvus)



PROPE	Ōstia est prope Rōmam.
AD	Ab oppidō Tūsculō ad vīllam longa via est.
CIRCUM	Circum oppida mūrī sunt.
INTER	Iūlius in lectīcā est inter Dāvum et Ursum.
ANTE/POST	Ursus est ante Iūlium, Dāvus post eum est. Syrus et Lēander nōn ante lectīcam, sed post lectīcam ambulant.
APUD	Iūlius sōlus nōn est, nam quattuor servī apud eum sunt.
PER	Is quī viā Latīnā venit per portam Capēnam Rōmam intrat.


porta
per portam



UBI? UNDE? QUŌ?

Ubi est Rōma?	Rōma in Italiā est.
Ubi habitat Cornēlius?	Iūlius in oppidō Tūsculō habitat.
Unde venit Iūlius?	Iūlius ab oppidō Tūsculō venit.
Unde it Mēdus?	Mēdus ā vīllā Iūliī it.
Quō vehitur Iūlius?	Iūlius vehitur ab oppidō Tūsculō ad vīllam suam.
Quō it Mēdus?	Mēdus ad amīcam suam it.

MĒDUS TŪSCULĪ NŌN EST; NEQUE RŌMAE EST MĒDUS, SED TŪSCULŌ RŌMAM IT.



Tūsculī/Rōmae	*= in oppidō Tūsculō/Rōmā*
Ubi habitat Cornēlius?	Cornēlius Tūsculī habitat.
Ubi habitat Lȳdia?	Lȳdia Rōmae habitat.
Tūsculō/Rōmā	*= ab oppidō Tūsculō/Rōmā*
Unde it Mēdus?	Mēdus Tūsculō it.
Unde it Cornēlius?	Cornēlius Rōmā it.
Tūsculum/Rōmam	*= ad oppidum Tūsculum/Rōmam*
Quō it Mēdus?	Mēdus it Rōmam.
Quō it Cornēlius?	Cornēlius it Tūsculum.

Ubi?	Tūscul-ī/Rōm-ae	(= cāsus locātīvus)
Unde?	Tūscul-ō/Rōm-ā	(= cāsus ablātīvus)
Quō?	Tūscul-um/Rōm-am	(= cāsus accūsātīvus)

NAM/QUIA ITAQUE AUTEM PORTAT X PORTĀTUR (vōx āctīva x passīva)

QUIA

Cūr Iūlius sōlus nōn est? **Iūlius sōlus nōn est, quia quattuor servī apud eum sunt.**

Cūr Mēdus nōn est apud dominum? **Mēdus nōn est apud dominum, quia is dominum īrātum timet.**

NAM

Iūlius sōlus nōn est(, nam quattuor servī apud eum sunt). **Mēdus nōn est apud dominum** (, nam is dominum īrātum timet).

ITAQUE

Dominus servōs malōs baculō verberat, itaque servī malī dominum et baculum eius timent. =
Servī malī dominum et baculum eius timent, nam/quia dominus servōs malōs baculō verberat.

AUTEM

Mēdus est inimīcus Dāvī. → Ursus autem amīcus Dāvī est.

Vidēs **Mēdum**. Vidē nōn iam Mēdum, sed **Ursum**!

Mēdus est *malus servus* quī nummōs dominī in sacculō suō habet. Dominus *servōs malōs* baculō verberat; itaque *servī malī* dominum et baculum eius timent.

→ Dāvus autem *bonus servus* est, neque is Mēdum amat.

Vidē non iam Mēdum, servum malum, sed **Dāvum**, *servum bonum*!

Vidē nōn iam servōs, sed **saccōs**!

Servī quī saccōs portant. → Saccī quōs servī portant.

Ursus et Dāvus dominum PORTA-NT.

Vidē nōn iam Ursum et Dāvum, sed **dominum**!

Dominus ab Ursō et Dāvō PORTĀ-TUR.

1. -A	*voca|t*	*vocā|tur*
	voca|nt	*voca|ntur*
2. -E	*vide|t*	*vidē|tur*
	vide|nt	*vide|ntur*
3. -/-	*pōn|it*	*pōn|itur*
	pōn|unt	*pōn|untur*
4. -I	*audi|t*	*audī|tur*
	audi|unt	*audi|untur*

N. B. PROCUL AB RŌMĀ ↔ prope Rōmam
TAM MAGNUS QUAM...
AB-EST AB DOMINŌ SUŌ...

IŪLIUS LECTĪCĀ / CORNĒLIUS EQUŌ VEHITUR (ablātīvus īnstrūmentī)


Iūlius et Cornēlius sunt virī Rōmānī. Lectīca, equus, baculum, via sunt īnstrūmenta.

Iūlius Tūsculō ad vīllam suam LECTĪCĀ vehitur.

Dominus servōs malōs BACULŌ verberat.

Mēdus VIĀ LATĪNĀ Tūsculō Rōmam it.

Cornēlius Rōmā Tūsculum EQUŌ vehitur.





CONSPECTVS GRAMMATICVS CAP. VII

IŪLIUS SYRŌ ET LĒANDRŌ, IŪLIAE, SERVĪS, ANCILLĪS MĀLA DAT (cāsus datīvus)

CU-I? ***E-Ī***

SERVŌ-I > **SERV-Ō**
Aemilia Iūli-ō ōsculum dat. (v. 49)

SERVO-IS > **SERV-ĪS**
Dominus serv-īs māla et pira dat. (v. 60)

ANCILLĀ-Ī > **ANCILLA-E**
Iūlius puell-ae ōsculum dat. (v. 103)

ANCILLĀ-IS > **ANCILL-ĪS**
Etiam ancill-īs me-īs māla et pira dā! (v. 98)

MĀLŌ-I > **MĀL- Ō**
Puela laeta māl-ō su-ō ōsculum dat. (v. 95)

MĀLO-IS > **MĀL-ĪS**
Etiam servī māl-īs su-īs ōscula dant.




IS EA ID (prōnōmina persōnālia)

SG.	**M.**		**F.**		**N.**	
nom.	qu-is	> *is*	fēmin-a	> *e-a*	qu-id	> *id*
acc.	puer-um	>*e-um*	puell-am	> *e-am*	qu-id	> *id*
gen.	cu-ius	> *e-ius*		>*e-ius*		> *e-ius*
DAT.	**cu-i**	***> e-ī***		***>e-ī***		***> e-ī***
abl.	hort-ō	> *e-ō*	vīll-ā	> *e-ā*	imperi-ō	> *e-ō*

PL.	**M.**		**F.**		**N.**	
nom.	serv-ī > *e-ī*	> *i-ī*	ancill-ae	> *e-ae*	cubicul-a	> *e-a*
acc.	serv-ōs	> *e-ōs*	ancill-ās	> *e-ās*	cubicul-a	> *e-a*
gen.	serv-ōrum	> *e-ōrum*	ancill-ārum	> *e-ārum*	cubicul-ōrum	> *e-ōrum*
DAT.	**serv-īs >** ***e-īs***	***> i-īs***	**ancill-īs>** ***e-īs*** **>** ***i-īs***		**cubicul-īs >** ***e-īs*** **>** ***i-īs***	
abl.	serv-īs > *e-īs*	> *i-īs*	ancillīs > *e-īs* > *i-īs*		cubicul-īs > *e-īs* > *i-īs*	

UBI? **IŪLIA IN CUBICULŌ EST. X** ***QUŌ?*** **IŪLIA, VENĪ IN HORTUM!**

Iūlia quīnque rosās in hortō carpit et cum quīnque rosīs ex hortō venit.
Iūlia in hortō iam nōn est. Iūlia in cubiculō suō est.
Syra venit: "Ō mea puella. Venī in hortum!" (v. 17)



ESTNE GALLIA IN EURŌPĀ? NUM CRĒTA OPPIDUM EST?
NŌNNE PULCHER EST NĀSUS MEUS? IMMŌ...


Estne Gallia in Eurōpā? + *Gallia in Eurōpā est.* (cap. I, v. 11)
Estne Rōma in Galliā? - *Rōma in Galliā nōn est.* (cap. I, vv. 11-12)

Num Crēta oppidum est? - *Crēta oppidum nōn est!* (cap. I, v. 49)
Num Sparta īnsula est? - *Sparta īnsula nōn est!* (cap. I., v. 50)

Nōnne Germānia in Eurōpā est? + *Sānē, Germānia in Eurōpā est.*
Nōnne Iūlia puella proba est? + *Sānē, Iūlia puella proba est.*

Nōnne fōrmōsus est nāsus Syrae? *Fōrmōsus? Immō foedus est nāsus eius.* (vv. 26-27)
Nōnne Mārcus puer probus est? *Probus? Immō improbus puer est Mārcus.*

UBI? HĪC ↔ ILLĪC **UNDE?... HINC ↔ ILLINC** **QUŌ? HŪC ↔ ILLŪC**



H-ī-c(e) > Hīc est saccus. *H-i-c(e)* > HIC saccus est plēnus mālōrum.
H-ī-c(e)> Hīc est rosa. *H-ae-c(e)* > HAEC rosa pulchra est.
H-ī-c(e) > Hīc est mālum. *H-o-c(e)* > HOC est mālum tuum.

NŌTĀ BENE!

- PLĒNUS MĀLŌ-R-UM: *Hic saccus plēnus est mālōrum.* (vv. 43-44)
- SALVĒ, puer! SALVĒ|TE, puerī!: *Salvēte, fīliī! Salvē, pater!* (vv. 31-32)
- ES! ES|TE (< est): *Tergē oculōs! Es laeta!* (v. 23)
- DĀ! DA|TE! (< dat): *Etiam servīs dā mala et pira, pater!* (v. 58)

- ET... ET ↔ NEQUE... NEQUE: *et Mārcus et Quīntus māla habent* ↔ *servī neque māla neque pira habent* (vv. 50, 57)
- NŌN SŌLUM... SED ETIAM...: *Fīliī quī iam nōn sōlum* (: tantum) *māla, sed etiam pira habent : Fīliī quī et māla et pira habent* (v. 56).
- ETIAM: (In vīllā nōn sōlum ātrium pulchrum cum implūviō est, sed) *Etiam peristȳlum magnum et pulchrum in vīllā est.* *Audī, mamma – puerī* (nōn sōlum "Puella sine rosīs pulchra nōn est" dīcunt, sed) *etiam mē rīdent!* (cap. V, vv. 30, 70)

- AD-, AB, EX-, IN-: *Syra ad-est. Mēdus ab-est ā dominō suō. In saccō māla īn-sunt. Iūlius ad vīllam ad-venit. Iūlia laeta ad Iūlium ad-it. Iūlia ē cubiculō ex-it.* (cap. VI, cap. VIII, vv. 30, 41-42, 62, 82-83)
- EX A-, E-, I-, O-, U-, H-: *ex ātriō, ex hortō* Ē/EX + B-, C-, cēt: *ē/ex vīllā*
- AB A-, E-, I-, O-, U-, H-: *ab oppidō* Ā/AB + B-, C-, cēt: *ā/ab vīllā, ā/ab Iūliō*

CONSPECTVS GRAMMATICVS CAP. VIII

	QU-*I*S?	**SERV-*O*-**	**QU-EI/QU-Ī**	**ANCILL-*Ā*-**
nom.	qu-es / qu-*i*s?	serv-*o*s > serv-*u*s	qu-*a* > qu-*a*e?	ancill-*ā* > ancill-a
acc.	qu-*e*m?	serv-*o*m > serv-*u*m	qu-*a*m?	ancill-*ā*m > ancill-*a*m
gen.	quo-ius > cu-ius?	serv-*o*ī > serv-ī	quo-ius > cu-ius?	ancill-*ā*ī > ancill-*a*e
dat.	quo-i >cu-i?	serv-*ō*i > serv-ō	quo-i >cu-i?	ancill-*ā*i > ancill-*a*e
abl.	qu-*ō*?	serv-*ō*^{d} > serv-*ō*	qu-*ā*?	ancill-*ā*^{d} > ancill-*ā*
nom.	qu-*e*i > qu-ī	serv-*o*ī > serv-ī	qu-*ā*ī > qu-*a*e	ancill-*ā*ī > ancill-*a*e
acc.	qu-*ō*s ?	serv-*ō*s	qu-*ā*s ?	ancill-*ā*s
gen.	qu-*ō*|r-um?	serv-*ō*|r-om > serv-*ō*|r-um	qu-*ā*|r-um?	ancill-*ā*r-om > ancill-*ā*|r-um
dat.	qu-*i*bus?	serv-*o*is > serv-īs	qu-*i*bus?	ancill-*ā*is > ancill-īs
abl.	qu-*i*bus?	serv-*o*is > serv-īs	qu-*i*bus?	ancill-*ā*is > ancill-īs

	QU-*I*D?	**OPPID*O*-**	**QU-*A*E**	
nom. acc.	qu-*i*d?	oppid-*o*m > oppid-*u*m	qu-ae?	oppid-a
gen.	quo-ius > cu-ius?	oppid-*o*ī > oppid-ī	qu-*ō*|r-um?	oppid-*ō*r-om > oppid-*ō*|r-um
dat.	quo-i >cu-i?	oppid-*ō*i > oppid-ō	qu-*i*bus?	oppid-*o*is > oppid-īs
abl.	qu-*ō*?	oppid-*ō*^{d} > oppid-*ō*	qu-*i*bus?	oppid-*o*is > oppid-īs

QUIS? SERVUS. QUĪ SERVUS? IS / HIC / ILLE SERVUS QUĪ...

nom.	qu-*i*s?	*i*s	h-*i*s-c^{e} > h-*i*c^{e}	ill-*e*	serv-*u*s	quī
acc.	qu-*e*m?	e-*u*m	h-*u*m-c^{e} > h-*u*nc^{e}	ill-*u*m	serv-*u*m	qu-*e*m
gen.	cu-ius?	e-ius	h-*u*ius	ill-īus	serv-ī	cu-ius
dat.	cu-i?	e-ī	h-*u*i-c^{e}	ill-ī	serv-*ō*i > serv-ō	cu-i
abl.	qu-*ō*?	e-*ō*	h-*ō*-c^{e}	ill-*ō*	serv-*ō*	qu-*ō*
nom.	qu-*e*s > qu-ī	e-ī > i-ī	h-ī	ill-ī	serv-ī	qu-ī
acc.	qu-*ō*s ?	e-*ō*s	h-*ō*s	ill-*ō*s	serv-*ō*s	qu-*ō*s
gen.	qu-*ō*rum?	e-*ō*rum	h-*ō*rum	ill-*ō*rum	serv-*ō*r-um	qu-*ō*rum
dat. abl.	qu-*i*bus?	e-īs > i-īs	h-īs	ill-īs	serv-īs	qu-*i*bus

QUIS? ANCILLA. QUAE ANCILLA? EA / HAEC / ILLA ANCILLA QUAE...

nom.	qu-is?	e-*a*	h-*a*e-c^{e}	ill-*a*	ancill-*ā* >ancill-*a*	qu*a* > qu-*a*e
acc.	qu-*e*m?	e-*a*m	h-*a*m-c^{e} > h-*a*nc^{e}	ill-*a*m	ancill-*a*m	qu-*a*m
gen.	cu-ius?	e-ius	h-*u*ius	ill-īus	ancill-*a*e	cu-ius
dat.	cu-i?	e-ī	h-*u*i-c^{e}	ill-ī	ancill-*ā*i > ancill-*a*e	cu-i
abl.	qu-*ō*?	e-*ā*	h-*ā*-c^{e}	ill-*ā*	ancill-*ā*	qu-*ā*

nom.	qu-*es* > qu-ī	e-ī > i-ī	h-*ae*	ill-*ae*	ancill-*āī* > ancill-*ae*	qu-*ae*
acc.	qu-*ōs* ?	e-*ōs*	h-*ās*	ill-*ās*	ancill-*ās*	qu-*ās*
gen.	qu-*ō*|r|um?	e-*ō*|r|um	h-*ā*|r|um	ill-*ā*|r|um	ancill-*ā*|r|um	qu-*ā*|r|um?
dat. abl.	qu-*i*bus?	e-īs > i-īs	h-īs	ill-īs	ancill-īs	qu-*i*bus

QUID? OPPIDUM. QUOD ANCILLA? ID / HOC / ILLUD OPPIDUM QUOD...


nom. acc.	qu-*i*d?	*i*d	* h-*o*d-c^{e} > h-*o*c^{e}	ill-*u*d	oppid-um	qu-*o*d
gen.	cu-ius?	e-ius	h-*u*ius	ill-īus	oppid-ī	cu-ius
dat.	cu-i?	e-ī	h-*u*i-c^{e}	ill-ī	oppid-*ō*i > oppid-*ō*	cu-i
abl.	qu-*ō*?	e-*ō*	h-*ō*-c^{e}	ill-*ō*	oppid-*ō*	qu-*ō*
nom. acc.	qu-ae	e-a	h-*a*e-c^{e}	ill-a	oppid-a	qu-ae
gen.	qu-*ō*|r|um?	e-*ō*|r|um	h-*ō*|r|um	ill-*ō*|r|um	oppid-*ō*|r|um	qu-*ō*|r|um
dat. abl.	qu-*i*bus?	e-īs > i-īs	h-īs	ill-īs	oppid-īs	qu-*i*bus

FĒMINAE ŌRNĀMENT-ĪS DĒLECTANTUR. / MĒDUS ĀNULUM C SĒSTERTI-ĪS EMIT.
(ablātīvus īnstrūmentī / pretiī)

Quibus īnstrūmentīs fēminae ōrnantur?	Fēminae ōrnāmentīs: gemmīs, et margarītīs et ānulīs ōrnantur. (vv. 12, 24)
Quō īnstrūmentō Lȳdia tabernam mōnstrat?	Lȳdia tabernam Albīnī digitō mōnstrat (v. 43)
Quō īnstrūmentō Mēdus ānulum emit?	Mēdus pecūniā / nummīs ānulum emit.
Quot nummīs Mēdus ānulum emit?	Mēdus ānulum nōnāgintā sēstertiīs emit.
Quot sēstertiīs Albīnus ānulum vēndit?	Albīnus ānulum nōnāgintā sēstertiīs vēndit.
Quot nummīs / Quantī cōnstat ānulus?	Ānulus centum nummīs cōnstat.

NŌTĀ BENE:

- *(Is) quī tabernam habet, tabernārius est. (Iī) quī magnam pecūniam habent, ōrnāmenta emunt.* (vv. 3, 6)
- TANTUS (tam magnus)... QUANTUS (quam magnus): *Pretium illīus ānulī nōn tantum (LXXX HS) est quantum huius (C HS)*. (v. 75)
- QUAM!: *Ō quam pulchra sunt illa ōrnāmenta!* (v. 42)
- ALIUS ALIA ALIUD (cf. ILLUD): *Tabernārius ōrnāmenta vēndit. Aliī tabernāriī librōs vēndunt, aliī māla et pira. Collum Lȳdia margarītīs ōrnātur; Lȳdia autem nūllum aliud ōrnāmentum habet.* (vv. 5-6, 32-33)
- FIBULA PRAENESTĪNA (670-630 a. C. ?): *MANIOS MED FHE:FHAKED NUMASIOI* = Manius mē fēcit Numeriō.



CONSPECTVS GRAMMATICVS CAP. IX

	QU-IS?	**PĀSTOR-*E***	**QU-ES/QU-Ī**	
nom.	qu-*i*s?	pāsto-s^{e} > pāstor^{-e}	qu-*e*s > qu-ī	pāstōr-*ē*s
acc.	qu-*e*m?	pastōr-*e*m	qu-*ō*s ?	pāstōr-*ē*s
gen.	quo-ius > cu-ius?	pāstōr-*e*s > pāstōr-*i*s	qu-*ō*|r|-um?	pāstōr-om > pāstōr-um
dat.	quo-i >cu-i?	pāstōr-*e*i > pāstōr-ī	qu-*i*bus?	pāstōr-*i*bus
abl.	qu*ō*?	pāstōr-*e*	qu-*i*bus?	pāstōr-*i*bus

Ut 'pāstor' dēclīnantur haec vocābula: sōl *sōlis* pulcher, timor *-ōris* magnus clāmor *-ōris* magnus, arbor *-oris* alta

	QU-IS?	**OV-*I/E***	**QU-ES/QU-AE/QU-Ī**	
nom.	qu-*i*s?	ov-*i*s	qu-*e*s > qu-ae	ov-*ē*s
acc.	qu-*e*m?	ov-*e*m	qu-*ā*s ?	ov-*ē*s
gen.	quo-ius > cu-ius?	ov-*i*s	qu-*ā*|r|-um?	ov-*i*om > ov-*i*um
dat.	quo-i >cu-i?	ov-ī	qu-*i*bus?	ov-*i*bus
abl.	qu*ō*?	ov-*e*	qu-*i*bus?	ov-*i*bus

Ut 'ovis' dēclīnantur haec vocābula: pānis *-is* dūrus, collis *-is* parvus, vallis *-is* pulchra, canis *-is* bonus/bona (gen: can*um*), nūbēs *-is* ātra, mōns (< mont|s) *montis* arduus, dēns (< dent|s) dentis albus,

NŌTĀ BENE:

- ĒST (< ed|s|t;= edit), ED-UNT: *Ovēs herbam edunt. Pāstor pānem ēst.*
- DŪC! (< dūc^{e}) DŪCITE!: *Ecce vestīgia ovis. Ubi est ovis ipsa? Dūc mē ad eam, canis!* (vv. 65-66)
- DUM: *Dum pāstor in herbā dormit, ovis nigra... abit.* (v. 39)
- SUPRĀ + ACC.: *Sōl in caelō est suprā campum.* (v. 25)
- SUB + ABL.: Ubi? *Sub arbore umbra est.* (v. 30)
- IPS|E IPS|A IPS|UM, gen. IPS|ĪUS: *Ovis vestīgia lupī in terrā videt, neque lupum ipsum videt.* (vv. 55-56)
- UT: *Oculī lupī in umbrā lūcent ut gemmae et dentēs ut margarītae.* (v. 72-73)
- IMPŌNERE: *Pāstor laetus ovem in umerōs impōnit eamque portat at cēterās ovēs.* (vv. 84-85)
- ASSIMILĀTIŌ (< ad + similis): *ac-currit* (< ad-currit), *im-pōnit* (< in-pōnit), *hunc* (< humc^{e})

CONSPECTVS GRAMMATICVS CAP. X

	QUIS?	**LEŌ-*N*-*E***	**QU-ES/QU-Ī**	
nom.	qu-*i*s?	leōn-s > leō	qu-*e*s > qu-ī	leōn-*ē*s
acc.	qu-*e*m?	leōn-*e*m	qu-*ō*s ?	leōn-*ē*s
gen.	quo-ius > cu-ius?	leōn-*e*s > leōn-*i*s	qu-*ō*r-um?	leōn-om > leōn-um
dat.	quo-i >cu-i?	leōn-*e*i > leōn-ī	qu-*i*bus?	leōn-*i*bus
abl.	qu-*ō*?	leōn-*e*	qu-*i*bus?	leōn-*i*bus

	QUIS?	**HOMŌ, HOMI -*N*-*E***	**QU-ES/QU-Ī**	
nom.	qu-*i*s?	homō	qu-*e*s > qu-ī	homin-*ē*s
acc.	qu-*e*m?	homin-*e*m	qu-*ō*s ?	homin-*ē*s
gen.	quo-ius > cu-ius?	homin-*e*s > homin-*i*s	qu-*ō*|r|-um?	homin-om > homin-um
dat.	quo-i >cu-i?	homin-*e*i > homin-ī	qu-*i*bus?	homin-*i*bus
abl.	qu-*ō*?	homin-*e*	qu-*i*bus?	homin-*i*bus

	QU-IS?	**VŌC-*E***	**QU-ES/QU-AE**	
nom.	qu-*i*s?	vōc-s > vōx	qu-*e*s > qu-ae	vōc-*ē*s
acc.	qu-*e*m?	vōc-*e*m	qu-*ā*s ?	vōc-*ē*s
gen.	quo-ius > cu-ius?	vōc-*e*s > vōc-*i*s	qu-*ā*|r|-um?	vōc-om > vōc-um
dat.	quo-i >cu-i?	vōc-*e*i > vōc-ī	qu-*i*bus?	vōc-*i*bus
abl.	qu-*ō*?	vōc-*e*	qu-*i*bus?	vōc-*i*bus

	QUIS?	**PED-*E***	**QU-ES/QU-Ī**	
nom.	qu-*i*s?	ped-s > pēs	qu-*e*s > qu-ī	ped-*ē*s
acc.	qu-*e*m?	ped-*e*m	qu-*ō*s ?	ped-*ē*s
gen.	quo-ius > cu-ius?	ped-*e*s > ped-*i*s	qu-*ō*|r|-um?	ped-om > ped-um
dat.	quo-i >cu-i?	ped-*e*i > ped-ī	qu-*i*bus?	ped-*i*bus
abl.	qu*ō*?	ped-*e*	qu-*i*bus?	ped-*i*bus

NEUTRA (vidē cap. XI):

magnum flūmen *flūmin|is*	mult|a flūmin|a
nostrum mar|e *mar|is*	mult|a mari|a
vīvum animal animāl|is	mult|a animāli|a

HOMŌ MORTUUS NEQUE VIDĒ|RE NEQUE AUDĪ|RE, NEQUE AMBULĀ|RE NEQUE CURR|*E*RE POTEST. (vv. 49-51; modus īnfīnītīvus)

- AMBULĀ|RE: Canis volā|re nōn potest. (v. 21)
  - NUMERĀ|R|Ī: Piscēs numerā|r|ī nōn possunt. (b. 45)
- VIDĒ|RE: Hominēs deōs vidē|re nōn possunt. (v. 39)
  - VIDĒ|R|Ī: Deī ab hominibus vidē|r|ī nōn possunt. (v. 39)

- VĪV|*E*RE: Sine animā nēmō potest vīv|*e*re. (v. 57)
  - EM|Ī: Sine pecūniā cibus em|ī nōn potest. (v.62)
- AUDĪ|RE: Hominēs deōs audī|re nōn possunt. (v. 39)
  - AUDĪ|R|Ī: Deī ab hominibus audī|r|ī nōn possunt. (v.39)
- ESSE: Mārcus et Iūlia Quīntum vīvum es|se vident. (v. 122)
- ĒSSE: Pāstor ovēs herbam ēs|se videt.

ambul**ā**-*s*-**e**	>	ambul**ā**-*r*-**e**	S > R (rotacismus)
vid**ē**-*s*-**e**	>	vid**ē**-*r*-**e**	
vīv**e**-*s*-**e**	>	vīv**e**-*r*-**e**	
aud**ī**-*s*-**e**	>	aud**ī**-*r*-**e**	
e**s**-*s*-**e**	>	e**s**-*s*-**e**	S
e**d**-*s*-e	>	ē**s**-*s*-**e**	S

PUERĪ PUELLAM CANERE *AUDIUNT*. MĀRCUS QUĪNTUM AD TERRAM CADERE *VIDET*.

AUDĪRE: Quīntus Mārcum **videt**. (cap. III, vv. 11) → Puerī puellam canere **audiunt**. (v.80)

VIDĒRE: Iūlius Quīntum nōn **audit** neque venit. (cap. III, vv. 11) → Mārcus Quīntum ad terram cadere **videt**. (v.104)

ASPICERE: Lȳdia tabernam Albīnī **aspicit**. (cap. VIII, vv. 39) → Aemilia fīlium suum ā Iūliō portārī **videt**, ... Quīntum ā Iūliō in lectō pōnī **aspicit**. (v. 126, 131)

MĀRCUS MAGNĀ VŌCE CLĀMAT: "AGE! VENĪ, PATER!" (ablātīvus modī)

Mārcus perterritus ad vīllam currit et *magnā vōce* clāmat: "Age! Venī, pater!" (v. 111-112)

Quōmodo (< quō modō) *dēclīnātur 'leō'?* 'Leō' (*m*) dēclīnantur hōc modō: (v. 169)

NŌTĀ BENE:

- NĒMŌ (< ne-+homō): *Nēmō piscēs flūminum et marium numerāre potest.* (vv. 44-45)
- POT|EST POS|SUNT (< pot|est, pot|sunt < potis est/sunt): *Canis volāre nōn pot-est. Hominēs ambulāre pos-sunt.* (vv. 21, 23)
- CUM: *Cum avis volat, ālae moventur.* (v. 15)
- QUOD (: quia): *Hominēs ambulāre possunt, quod pedēs habent.* (v. 24)
- VULT VOLUNT: *Iūlia cum puerīs lūdere vult, neque iī cum eā lūdere volunt.* (vv. 75-76)
- AUDE|T AUDE|NT: *Cum aquila suprā hortum volat et cibum quaerit, parvae avēs canere nōn aude|nt.* (v. 88) *Cūr nōn audent cantāre? Quia aquilam timent.*
- NECESSE EST + DAT.: *Spīrāre necesse est hominī.* (v. 58)
- ENIM (: nam): *Mercurius imperia deōrum ad hominēs portat,* ***(1) is*** *(2) enim nūntius deōrum est.* (vv. 29-30), NĒMŌ ENIM : NAM NĒMŌ
- ERGŌ (: itaque): Mārcus et Iūlia vīvum esse vident. Puer *autem* ambulāre nōn potest, neque *enim* pedēs eum sustinēre possunt; → ergō necesse est eum portāre.

CONSPECTVS GRAMMATICVS CAP. XI

	QUID?	**CORPOR-E**	**QU-ES/QU-Ī**	
nom. acc.	qu-*i*d?	corpors > corpus	qu-ae?	corpor-a
gen.	quo-ius > cu-ius?	corpor-*e*s > corpor-*i*s	qu-*ō*r-um?	corpor-om > corpor-um
dat.	quo-i >cu-i?	corpor-*e*i > corpor-ī	qu-*i*bus?	corpor-*i*bus
abl.	qu-*ō*?	corpor-*e*	qu-*i*bus?	corpor-*i*bus

Ut 'corpus hūmānum' **dēclīnantur**: pectus *-oris* meum, ōs *ōris* pulchrum, crūs *crūris* dextrum, iecur *-oris*, (cor *cordis*, caput *-itis*); *plūrāle tantum*: viscera *-um n pl*

	QUID?	**FLŪMIN-*E***	**QU-ES/QU-Ī**	
nom. acc.	qu-*i*d?	flūm*e*n	qu-ae?	flūmin-a
gen.	quo-ius > cu-ius?	flūmin-*e*s > flūmin-*i*s	qu-*ō*r-um?	flūmin-om > flūmin-um
dat.	quo-i >cu-i?	flūmin-*e*i > flūmin-ī	qu-*i*bus?	flūmin-*i*bus
abl.	qu-*ō*?	flūmin -*e*	qu-*i*bus?	flūmin-*i*bus

	QUID?	**MAR-*I***	**QU-ES/QU-Ī**	
nom. acc.	qu-*i*d?	mar-e	qu-ae?	mar-*i*a
gen.	quo-ius > cu-ius?	mar-*i*s	qu-*ō*r-um?	mar-*i*om > mar-*i*um
dat.	quo-i >cu-i?	mar-*i*i > -ī	qu-*i*bus?	mar-*i*bus
abl.	qu-*ō*?	mar-***ī***	qu-*i*bus?	mar-*i*bus

	QUID?	**ANIMAL-*I***	**QU-ES/QU-Ī**	
nom. acc.	qu-*i*d?	animal	qu-ae?	animāl-*i*a
gen.	quo-ius > cu-ius?	animāl-*i*s	qu-*ō*r-um?	animāl -*i*om > animāl -*i*um
dat.	quo-i >cu-i?	animāl-*ī*	qu-*i*bus?	animāl -*i*bus
abl.	qu-*ō*?	animāl-***ī***	qu-*i*bus?	animāl -*i*bus

MEDICUS: "PUER DORMIT." MEDICUS 'PUERUM DORMĪRE' DĪCIT. (accūsātīvus cum īnfīnītīvō)

- **vidēre, audīre, sentīre**: *Iūlius puerum vocāre* ***audit****. Iūlius Quīntum vīvum esse* ***videt****.* (cap. XI, vv. 113, 122)
- **iubēre**: *Iūlius servum suum Tūsculum īre* ***iubet*** *atque medicum arcessere* (vv. 44-45)
- **dīcere**: *Medicus: "Puer dormit." Medicus 'puerum dormīre'* ***dīcit****.* (vv. 60, 63-64)
- **putāre**: *Syra eum mortuum esse* ***putat.*** (vv. 108)
- **gaudēre**: *Syra puerum vīvere* ***gaudet*** (= *Syra* ***gaudet*** *quod puer vīvit*, vv. 114, 118)
- **necesse est**: ***Necesse est*** *puerum dormīre* (vv. 124-125)


NŌN MODO PEDE, SED ETIAM CAPITE AEGER EST. (ablātīvus līmitātiōnis)

Nōn modo pede, sed etiam capite aeger est. Iam fīlius noster nōn modo pede, sed etiam bracchiō aeger est. (vv. 55, 131-132)

Puer **pede** aeger est, nōn **manū**, **oculō**, cet..

Puer nōn modo **pede**, sed etiam **capite** aeger est.

sed etiam bracchiō aeger est.



NŌTĀ BENE!

- ŪNA MANUS, DUAE MANŪS: *Duae manūs et duo pedēs in corpore hūmānō sunt.* (v. 4, vidē cap. XII)
- ATQUE (< ad-que) = ET*: Quīntus oculōs claudit atque dormit.* (v. 41)
- NEC = NEQUE: *Pedem aegrum habet nec ambulāre potest.* (vv. 54-55)
- ĪNFRĀ+ ACC.: *Īnfrā oculōs genae sunt (v. 8)*
  ↔ SUPRĀ + ACC.: *Caput est super collum* (v. 18).
- MODO (= tantum, sōlum): *Bibe aquam modo!* (v. 37)
- DĒ + ABL.: *Puer stultus est, medice: nīdum in arbore reperit, arborem ascendit, dē arbore* ↓ *cadit.* (v. 53)
- NOSTER, NOSTRA, NOSTRUM: *Iam fīlius noster nōn modo pede, sed etiam bracchiō aeger est.* (v. 131-132)
- VESTER, VESTRA, VESTRUM: *Māter vestra trīstis est, quod Aemilius procul ab eā abest.* (cap. XII, v. 25)
- POSSE (< * pot-se)*: Aemilia nōn putat medicum puerum aegrum sānāre pos-se.* (v. 133-135)

CONSPECTVS GRAMMATICVS CAP. XII


	QUIS?		**QU-ES/QU-Ī**	
nom.	qu-*i*s?	exercit-*u*s	qu-*e*s > qu-ī	exercit-*ū*s
acc.	qu-*e*m?	exercit-*u*m	qu-*ō*s ?	exercit-*ū*s
gen.	quo-ius > cu-ius?	exercit-*u*is > exercit-*ū*s	qu-*ō*|r-um?	exercit-*u*um
dat.	quo-i >cu-i?	exercit-*u*ī	qu-*i*bus?	exercit-*i*bus
abl.	qu-*ō*?	exercit-*ū*	qu-*i*bus?	exercit-*i*bus

masculīna: exercitus -*ūs* Rōmānus, arcus -*ūs* , passus -*ūs*, equitātus -*ūs* , impetus -*ūs* , metus -*ūs*, versus -*ūs*
fēminīnum:manus -*ūs* dextra

ALBUS -A -UM NIGER -GRA -GRUM BREVIS -E

- ALB|US -A -UM dēclīnātur ut *serv|us, fēmin|a, oppid|um.*
- NIGER -GR|A -GR|UM dēclīnātur ut *liber -br|ī, culter -tr|ī.*
- BREVIS -E*, gravis -e, levis -e, trīstis -e, fortis -e, tenuis -e* (iam in cap. X, v. 101) dēclīnātur ut *ovis* (masculīna et fēminīna) et *mare* (neutra), in ablātīvō hōrum adiectīvōrum semper est ***-ī:*** *gladius brevis, hasta brevis* a *pīlum breve.*

  Scūtum eōrum nimis parvum est, pīlum nimis longum et grave. Mīlitēs Rōmānī bene pugnant, quod pīla eōrum brevia et levia sunt, nōn longa et gravia ut Germānōrum. (vv. 132-137)



arma Rōmāna

HASTA LONGIOR QUAM PĪLUM / PĪLUM LONGIUS QUAM GLADIUS (gradus comparātīvus < comparāre):

- GLADIUS BREVIOR / HASTA LONGIOR / PĪLUM BREVIUS; gen. sg. -*iōr|is,* pl. -*iōr|um;* abl. sg. -*e* (neque -*ī*): -*iōr|e.*

Via Latīna nōn tam longa est quam via Appia. Via Appia longior est quam via Latīna.

Pīlum nostrum breve et leve est – brevius et levius quam pīlum Germānōrum. (vv. 134-135)

Etiam gladiī quī ā Germānīs feruntur longiōr|ēs et graviōr|ēs sunt quam Rōmānōrum ac pīla eōrum longiōr|a et graviōr|a quam nostra sunt. (vv. 56-59)

PRŌVINCIA EST PARS IMPERIĪ RŌMĀNĪ (genetīvus partitīvus <pars part|is f.)

NUMERUS:	*Exercitus est magnus **numerus** mīlitum.* (v. 80)
PARS:	*Prōvincia est **pars** imperiī Rōmānī, ut membrum **pars** corporis.* (vv. 64-65)
MĪLIA:	*Mīlle passūs sunt quīnque **mīlia** pedum.* (vv. 96-97)

MĪLLE PASSŪS SUNT QUĪNQUE MĪLIA PEDUM. ŪNUS PASSUS EST QUĪNQUE PEDĒS.

pēs = 29,6 cm
passus = 5 *pedēs* (1,48 m)
mīlle passūs = 1,48 km

I→M (numerālia dēclīnantur sīcut adiectīva): *Ūnus passus est quīnque pedēs, ergō mīlle passūs*.... (vv. 96-97)

MM, MMM, cēt. (genitīvus partitīvus) *Mīlle passūs sunt* ***quīnque mīlia*** *pedum.* (vv. 96-97)

GLADIUS DUŌS PEDĒS LONGUS EST (cāsus accūsātīvus I←-------→I)



- Quam longus est gladius? *Gladius duōs pedēs longus est.* (v. 49)
- Quam altum est vāllum castrōrum? *Prope decem pedēs altum est, et duo mīlia passum longum.* (vv. 102-103) *Ea via centum pedēs lātae est.* (v. 105)

MĀRCŌ ŪNA SOROR EST. QUOD NŌMEN EST PATRĪ? EĪ NŌMEN EST IŪLIUS (datīvus possessīvus < possidēre : habēre)

Hominī necesse est ***spīrāre****.* (cap. X, v. 58)

Iūlius Mārcō mālum dat. (cap. VII, v. 46)	*Mārcō ūnum* ***mālum*** *est.*
Mārcō ūna ***soror*** *est.*	*= Mārcus ūnam sorōrem habet.* (v. 6)
Quod ***nōmen*** *est patrī?*	*Eī nōmen est Iūlius.* (vv. 9-10)

Fīliīs ***nōmina*** *sunt 'Mārcus Iūlius Balbus' et 'Quīntus Iūlius Balbus'.* (vv. 12-13)

ES! DŪC! DĪC! FAC! FER!

inf.	*fer|re*		imper: *dīc!*	*dīc|ite!*	< *dūce|re*
ind.	*fer|t*	*fer|unt*	*fac!*	*fac|ite!*	< *face|re*
	fer|tur	*fer|untur*	*fer!*	*fer|te!*	< *fer|re*
imper.	*fer!*	*fer|te!*	*es!*	*es|te*	< *es|se*

- FLU|*E*RE, METU|*E*RE coniugantur ut *pōn|ere, sūm|ere, dīc|ere*.
- CAPE|RE, capi|ō, cape!; IACE|RE iaci|ō, iace!; FUGE|RE, fugi|ō, fuge! coniugantur ut *accipere, aspicere* (vidē cap. VIII)

NŌTĀ BENE!


- MĪLES -ITIS *m*: mīles *-it|is* Rōmānus, pedes *-it|is*, eques *equit|is*
- IMPERAT / PĀRET + DAT.: *Dux exercituī imperat. Exercitus ducī suō pāret* (v. 82)
- CASTRA -ōrum *n pl* Rōmāna, VISCERA -um *n pl* hūmāna, ARMA -ōrum *n pl* Rōmāna, LĪBERĪ -ōrum *n pl* sunt plūrālia tantum: *in castrīs, vāllum castrōrum, castra magna sunt.*
- NŌMINA RŌMĀNA: *Lūcius* (= praenōmen) *Iūlius* (= nōmen) *Balbus* (= cognōmen), *balbus* = is quī dīcit "ba-ba-ba-ba-ba-balbus"
- ATQUE A-, E-, I-, O-, U-, H-, cēt.: *atque in magnās* AC + B-, C-, cēt: *ac pīla eōrum*

CONSPECTVS GRAMMATICVS CAP. XIII

	QUIS?		**QU-ES/QU-Ī**	
nom.	qu-*is*?	di-*ēs*	qu-*es* > qu-ī	di-*ēs*
acc.	qu-*em*?	di-*em*	qu-*ōs* ?	di-*ēs*
gen.	quo-ius > cu-ius?	di-*ēī*	qu-*ō*r-um?	di-*ē*r-um
dat.	quo-i >cu-i?	di-*ēī*	qu-*i*bus?	di-*ē*bus
abl.	qu-*ō*?	di-*ē*	qu-*i*bus?	di-*ē*bus

1) **-A–**:	*āla*	gen. *āla-ī*	>	*ālae*
2) **-O–**:	*equo|s*, *ōvo|m*	gen. *equo-ī*	>	*equī*
3) **--/-E–/-I–**:	*sōle*, *ovi|s*	gen. *sōle-is, ovi-is*	>	*sōlis, ovis*
4) **-U–**:	*lacu|s*	gen. *lacu-is*	>	*lacūs*
5) **-Ē–**:	*diē|s*, *rē|s*	gen. *diē-ī, re-ī*	>	*diēī, reī*

IĀNUĀRIUS EST MĒNSIS PRĪMUS, FEBRUĀRIUS MĒNSIS SECUNDUS...



kalendārium -ī *n*

Iān. Capricornus
Febr Aquārius
Mārt. Piscēs
Apr. Ariēs
Māi. Taurus
Iūn. Geminī
Iūl. Cancer
Aug. Leō
Sept. Virgō
Oct. Lībra
Nov. Scorpiō
Dec. Sagittārius

Iānuārius mēnsis prīmus; Februārius, secundus; Mārtius, tertius; Aprīlis, quārtus; Māius, quīntus; Iūnius, sextus; Iūlius, septimus; Augustus, octāvus; September, nōnus; Octōber, decimus; November, undecimus; December, duodecimus ac postrēmus. (vv. 2-6)

I ūnus -a -um	*prīmus -a -um*	VII septem	*septimus -a -um*
II duo -ae -o	*secundus -a -um*	VIII octō	*octāvus -a -um*
III trēs -ia	*tertius -a -um*	IX novem	*nōnus -a -um*
IV quattuor	*quārtus -a -um*	X decem	*decimus -a -um*
V quīnque	*quīntus -a -um*	XI undecim	*undecimus -a -um*
VI sēx	*sextus -a -um*	XII duodecim	*duodecimus -a -um*

$^1/_3$ *tertia pars* ½ *dīmidia pars*
¼ *quārta pars* ¾ *trēs partēs* $^2/_5$ *duae quīntae*
$^1/_5$ *quīnta pars* $^9/_{10}$ *novem partēs* $^4/_9$ *quattuor nōnae*

TEMPORE ANTĪQUŌ MĀRTIUS MĒNSIS PRĪMUS ERAT. (lat. *tempus praeteritum*)

ERAT/ERANT: *Tempore antīquō Mārtius mēnsis prīmus erat. Tunc* (= *illō tempore*) *mēnsis September mēnsis septimus erat, Octōber, November, december mēnsēs octāvus, nōnus, decimus erant.* (vv. 19-21, *tempus praeteritum*)

EST/SUNT: *Nunc* (= *hōc tempore*) *Mārtius mēnsis tertius est.* (v. 22, *tempus praesēns*)

MĒNSE DECEMBRĪ, ILLŌ TEMPORE, HŌRĀ PRĪMĀ, MERĪDIĒ, HIEME (ablātīvus 'temporis')

QUANDŌ? *mēnse Iānuāriō, mēnse Decembrī, illō tempore, hōrā prīmā, merīdiē, hieme*
- *Tempore antīquō Mārtius mēnsis prīmus erat.* (v. 19)
- *Nocte sōl nōn lūcet, sed lūna et stēllae lūcent.* (v. 46)


QUAM DIŪ HOMŌ VĪVERE POTEST? (c. accūsātīvus)
- *Homō centum annōs vīvere potest, dūcentōs annōs vīvere nēmō potest.* (v. 11)


QUAM LONGUS EST GLADIUS? (c. accūsātīvus, cap. XII, v. 49)
- *Gladius duōs pedēs longus est.*

FERBUĀRIUS MĒNSIS ANNĪ BREVISSIMUS EST. (gradus superlātīvus < super + ferre)

1. **gradus positīvus** (vidē cap. I): *long|us -a -um, brev|is -e.*
Mēnsis Februārius brevis est.
2. **gradus comparātīvus** (vidē cap. XII): *long|ior -ius, brev|ior –ius*
Februārius brevior est quam Iānuārius.
3. **gradus superlātīvus**: *long|issimus -a -um, brev|issimus -a -um.*
Ferbuārius mēnsis annī brevissimus est.

LŪNA 'PLĒNA' ESSE DĪCITUR (nōminātīvus cum īnfīnītīvō)





N.B. *Dīcitur = nōminātur* (vv. 53, 64, 69, 72, 77)

KALENDAE -ārum *f pl* Iānuāriae

31||| 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 20 | 21 |... 29 | 31 | 1 | 2...

Diēs mēnsis prīmus 'kalendae' nōminātur. Diēs prīmus mēnsis Iānuāriī dīcitur 'kalendae Iānuāriae'.

ĪDŪS -uum *f pl* Iānuāriae / Mārtiae

31||| 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | **7** | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 20 | 21 |... 29 | 30 | 1 | 2...

*Diēs tertius decimus post kalendās **īdūs** nōminātur. Īdūs Iānuāriae diēs tertius decimus est post kalendās Iānuāriās.*

31||| 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | **7** | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 20 | 21 |... 29 | 30 | 1 | 2...

*Mēnse Mārtiō (item Māiō, Iūliō, Octōbrī) **īdūs** nōn diēs tertius decimus, sed quīntus decimus post kalendās est.*

NŌNAE -ārum *f pl* Iānuāriae / Mārtiae

30 | **1** | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 | **15** | 16 | 17 | 18 | 19 | 20 | 29 |... 29 | 30 | 1 | 2...

9 8 7 6 5 4 3 2 1

*Diēs nōnus ante īdūs dīcitur '**nōnae'** (nōnae Iānuāriae: diēs quīntus Iānuāriī, nōnae Februāriae: diēs quīntus Februāriī, nōnae Mārtiae: diēs septimus Mārtiī; cēt.)*

QUANDŌ?

01/01 *kalendīs Iānuāriīs* , 15/03 *īdibus Mārtiīs*

...| 20 | 21 | 22 | 23 | 24 | 25 | 26 | 27 | 28 | 29 | 30 | 1 | 2...

11 10 9 8 7 6 5 4 3 2 1

21/04 *diē undecimō ante kalendās Māiās = ante diem ūndecimum kalendās Māiās* (*a.d. XI kal. Māi.).*

NŌTĀ BENE!

- MĀNE: *Prīma pars diēī est māne, pars postrēma vesper. Diēs est tempus ā māne ad vesperum.* (vv. 35-36). *Quandō? māne vesperī*
- VELLE.: *Aemilia puerum dormīre velle putat.* (v. 140)
- VEL (< vel|le) X AUT: *XII mēnsēs vel CCCLXV diēs, centum annī vel saeculum, hōra sexta vel merīdiēs* (vv. 7, 9, 43) X *XXVIII aut XXIX diēs* (v. 28).

KALENDARIVM ROMANVM

	Iānuārius *Augustus* *December* (diēs XXXI)	*Aprīlis* *Iūnius* *September* *November* (diēs XXX)	*Februārius* (diēs XXVIII)	*Mārtius* *Māius* *Iūlius* *Octōber* (diēs XXXI)
1.	kalendae	kalendae	kalendae	kalendae
2.		a.d. IV nōn.		a.d. VI nōn.
3.		a.d. III nōn.		a.d. V nōn.
4.		prīdiē nōn.		a.d. IV nōn.
5.		nōnae		a.d. III nōn.
6.		a.d. VIII īd.		prīdiē nōn.
7.		a.d. VII īd.		nōnae
8.		a.d. VI īd.		a.d. VIII īd.
9.		a.d. V īd.		a.d. VII īd.
10.		a.d. IV īd.		a.d. VI īd.
11.		a.d. III īd.		a.d. V īd.
12.		prīdiē īd.		a.d. IV īd.
13.	īdūs	īdūs	īdūs	a.d. III īd.
14.	a.d. XIX kal.	a.d. XVIII kal.	a.d. XVI kal.	prīdiē īd.
15.	a.d. XVIII kal.	a.d. XVII kal.	a.d. XV kal.	īdūs
16.	a.d. XVII kal.	a.d. XVI kal.	a.d. XIV kal.	a.d. XVII kal.
17.	a d. XVI kal.	a.d. XV kal.	a.d. XIII kal.	a.d. XVI kal.
18.	a.d. XV kal.	a.d. XIV kal.	a.d. XII kal.	a.d. XV kal.
19.	a.d. XIV kal.	a.d. XIII kal.	a.d. XI kal.	a.d. XIV kal.
20.	a.d. XIII kal.	a.d. XII kal.	a.d. X kal.	a.d. XIII kal.
21.	a.d. XII kal.	a.d. XI kal.	a.d. IX kal.	a.d. XII kal.
22.	a.d. XI kal.	a.d. X kal.	a.d. VIII kal.	a.d. XI kal.
23.	a.d. X kal.	a.d. IX kal.	a.d. VII kal.	a.d. X kal.
24.	a.d. IX kal.	a.d. VIII kal.	a.d. VI kal.	a.d. IX kal.
25.	a.d. VIII kal.	a.d. VII kal.	a.d. V kal.	a.d. VIII kal.
26.	a.d. VII kal.	a.d. VI kal.	a.d. IV kal.	a.d. VII kal.
27.	a.d. VI kal.	a.d. V kal.	a.d. III kal.	a.d. VI kal.
28.	a.d. V kal.	a.d. IV kal.	prīdiē kal.	a.d. V kal.
29.	a.d. IV kal.	a.d. III kal.	Mārtiās	a.d. IV kal.
30.	a.d. III kal.	prīdiē kal.		a.d. III kal.
31.	prīdiē kal.	Māiās		prīdiē kal.
	Februāriās	Iūliās		Aprīlēs
	Septembrēs	Octōbrēs		Iūniās
	Iānuāriās	Decembrēs		Augustās
				Novembrēs

CONSPECTVS GRAMMATICVS CAP. XIV

DĀVUS CUBICULUM INTRĀNS INTERROGAT... (participium temporis praesentis)

sg.	m./f.	n.	pl.	m./f.	n.
nom.	*-ns*	*-ns*		*-nt|ēs*	*-nt|ia*
ak.	*-nt|em*	*-ns*		*-nt|ēs*	*-nt|ia*
gen.	*-nt|is*			*-nt|ium*	
dat.	*-nt|ī*			*-nt|ibus*	
abl.	*-nt|e/ī*			*-nt|ibus*	

PUER	PUELLA	CAPUT
-(ā)ns: puer vigilā|ns = puer quī vigilat.	*puella vigilā|ns = puella quae vigilat*	*pīlum volā|ns = = pīlum quod volat*
-(ē)ns: puer dormiē|ns = puer quī dormit	*puella dormiē|ns = puella quae dormit*	*caput dolē|ns = = caput quod dolet*

PARTICIPIUM < PARTEM CAPERE , quia partem capit nōminis, partem capit verbī temporālis; nam…

... *ut nōmen adiectīvum* dēclīnātur: *vigilāns-ant|is*, *dormiēns -ent|is*

... *ut verbum* obiectum in accūsātīvō cāsū servat: *Dāv**us** cubiculum intr**āns** interrogat…* (v. 25).

ABL. SG. *-e: Parentēs ā fīliō intrante salūtantur* (V. 91; in locō nōminis adiectīvī desinit in *-ī*).

Eō modō excitātur Mārcus, et oculōs aperiēns (: dum aperit oculōs) servum apud lectum stantem (: quī apud lectum stat) videt. (vv. 37-38)

UTERQUE PUER QUIĒTUS EST, NEUTER PUER SĒ MOVET. ALTER PUER DORMIT, ALTER VIGILAT. UTER PUER AEGRŌTAT? MĀRCUSNE AN QUĪNTUS? QUĪNTUS

Mārcus et Quīntus in vīllā sunt.

UTER -A -UM... ? -NE... AN...?

Uter puer *ex duōbus* quiētus est? = Mārcusne quiētus est an Quīntus?

UTER-QUE UTRA-QUE UTRUM-QUE ET... ET...

Uterque puer *ē duōbus* quiētus est? = Et Mārcus et Quīntus quiētus est.

NEUTER -A -UM NEC... NEC...

Neuter puer *ē duōbus* sē movet. = Nec Mārcus nec Quīntus sē movet.

ALTER -A -UM AUT... AUT...

Alter puer *ē duōbus* dormit, alter vigilat.= Mārcus dormit. Quīntus vigilat. *(aut puer dormit aut vigilat)*

Uter puer *ē duōbus* aegrōtat? = Mārcusne an Quīntus? *Quīntus*

Uter puer *ē duōbus* in vīllā **est**? Uterque puer in vīllā **est**.

Suntne puerī in vīllā? Puerī in vīllā **sunt**.

Et caput et pēs eī **dolet** (v. 3)		Nec caput nec pēs **dolet** (v. 66)
Pēs et caput eī **dolet** (v. 64)	X	Mārcus et Quīntus in vīllā **sunt**.

MIHI TIBI

nom.	*ego*	*tū*
ak.	*mē*	*tē*
dat.	*mihi*	*tibi*
abl.	*mē*	*tē*

"Affer mihi aquam…!" et *"Dā mihi tunicam…!"* (vv. 43, 71)

Mārcus dīcit: *"Mihi quoque caput dolet!"* Dāvus: *"Tibi nec caput nec pēs dolet!"* (vv. 65-66)

Mārcus: *"Dā mihi calceōs! Pedēs frīgent mihi!"* (v. 86)

Mārcus: *"Dā mihi illud mālum, pater! Venter vacuus est mihi!"* (vv. 103-104)

- CUM: *mē-cum, tē-cum, sē-cum: Dāvus eum sēcum venīre iubet: "Venī mēcum!"* (v. 87); *Mēdus tēcum venīre nōn potest* (v. 117; cf. vv. 108, 120, 128).

MULTĪS BARBARĪS MAGNA CORPORIS PARS NŪDA EST (datīvus in/commodī; commodum -a -um = id quō dēlectāmur)

*Mārcō ūna **soror** est.*	*= Mārcus ūnam sorōrem habet.* (v. 6)
*Quod **nōmen** est patrī?*	*Eī nōmen est Iūlius.* (vv. 9-10)

Mārcus dīcit: *"Mihi quoque **caput** dolet!"* Dāvus: *"Tibi nec **caput** nec pēs dolet!"* (vv. 65-66)

Mārcus: *"Dā mihi calceōs! **Pedēs** frīgent mihi!"* (v. 86)

Mārcus: *"Dā mihi illud mālum, pater! **Venter vacuus** est mihi!"* (vv. 103-104)

*Multīs barbarīs **magna** corporis **pars nūda** est.* (vv. 76-77)

*Virō togātō **nūlla pars** corporis est **nūda** praeter bracchium alterum.* (vv. 77-78).

Mārcus dīcit: *"Mihi quoque **caput** dolet!"* Dāvus: *"Tibi nec **caput** nec pēs dolet!"* (vv. 65-66)

NŌTĀ BENE!

- INQUIT: *"Hōra prīma est" inquit Dāvus, "Surge ē lectō!"* (v. 40), *Servus Mārcō aquam affert et "Ecce aqua" inquit* (v. 44).
- OMNIS -E ↔ NŪLLUS -A -UM: *Is servus cum puerīs īre solet omnēs rēs eōrum portāns* (v. 115), OMNĒS *pl.* ↔ NĒMŌ , OMNIA *pl.* ↔ NIHIL
- *Mārcus* FENESTRĀ APERTĀ *dormit. Quīntus fenestrā clausā dormit. Mārcus quī pedibus nūdīs ante lectum stat...* (v. 15, 18, 85; vidē cap. XVI)
- *Alter ē* DUŌBUS *puerīs valet, alter aegrōtat.* (v. 12); *Altera ē* DUĀBUS *fenestrīs est aperta, altera clausa.* (v. 16-17)

CONSPECTVS GRAMMATICVS CAP. XV

		-Ā	-Ē	-/Ī/E	-Ī
1.	ego	voc[a]-*ō*	responde-*ō*	pōn-*ō*	audi-*ō*
2.	tū	vocā-*s*	respondē-*s*	pōn-i*s*	audī-*s*
3.	is, ea id	voca-*t*	responde-*t*	pōn-i*t*	audi-*t*
1.	nōs	vocā-*mus*	respondē-*mus*	pōn-i*mus*	audī-*mus*
2.	vōs	vocā-*tis*	respondē-*tis*	pōn-i*tis*	audī-*tis*
3.	iī	voca-*nt*	responde-*nt*	pōn-u*nt* *faci|ō faci|*u*nt*	audi-u*nt*

faci|ō, *faci|unt* : *accipere, aspicere, capere, fugere, iacere, incipere, parere.*

Titus: *"Mārcus meum librum habet",*
Diodōrus: *"Quid (=cūr) tū librum Titī habēs?"*
Mārcus: *"Ego eius librum habeō, quod is meum mālum habet"* (vv. 85-88)
Mārcus Sextō et Titō dīcit: *"Vōs iānuam nōn pulsātis, cum ad lūdum venītis"* (vv. 51-52)
Sextus et Titus respodent: *"Nōs iānuam pulsāmus, cum ad lūdum venīmus."* (vv. 55-56)

ESSE

	sg.	**pl.**
1.	*sum*	*sumus*
2.	*es*	*este*
3.	*est*	*sunt*

POSSE

	sg.	**pl.**
1.	pos-*sum*	pos-*sumus*
2.	pot-*es*	pot-*estis*
3.	pot-*est*	pos-*sunt*

"Cūr tū sōlus es, Sexte?" "Ego sōlus sum, quod..." (vv. 20-21)
"Ubi estis, puerī?" "In lūdō sumus." (vv. 113-114)

Q.: "(EGO) AEGER SUM" Q.: 'SĒ AEGRUM ESSE' DĪCIT

Quīntus: *"(Ego) aeger sum"* Mārcus: *Quīntus dīcit 'sē aegrum esse'* (v. 82).

Dāvus… eum sēcum venīre iubet: "Venī mēcum!" (cap. XIV, v. 87).

"Ō, DISCIPULŌS IMPROBŌS...!" (cāsus accūsātīvus exclāmātīvus)

ACCŪSĀTĪVUS: Exclāmat magister *(neque discipulōs, sed caelum vel terram aspicit)*: *"Ō, discipulōs improbōs...!"* (v. 23).

VOCĀTĪVUS: Magister recitāre dēsinit et exclāmat *(ad discipulōs ipsōs)*:*"Ō, improbī discipulī! Dormītis! Quod recitō nōn audītis?"* (v. 101; voc. pl. = nom. pl.).

NŌTĀ BENE!

- LICET + dat.: *In lectulō dormīre* **licet**, *hīc in lūdō nōn* **licet** *dormīre* (vv. 116-117). *Mihi* **licet** *tēcum venīre.* (cap. XVI, vv. 82-83)
- NŌS, VŌS (nom.=acc.): *"Quid nōs verberās, magister;" "Vōs verberō, quod..."* (vv. 119-120)

CONSPECTVS GRAMMATICVS CAP. XVI

		-Ā	**-Ē**	**-/Ī/E**	**-Ī**
3.	is, ea id	laetā-*tur*	verē-*tur*	ēgred-i*tur*	opperī-*tur*
3.	iī	laeta-*ntur*	vere-*ntur*	ēgred-iu*ntur*	opperi-u*ntur*

laetārī = gaudēre, opperīrī = exspectāre, nauta Neptūnum verētur = timet, ventō secundō nāvēs ē portū ēgrediuntur = exeunt.

VŌX PASSĪVA - MEDIA

Iūlius lectīcā *vehitur*. (cap. VI)
Aemilia ōrnāmentīs *ōrnātur*. (cap. VIII)
Cum homō ambulat, pedēs eius *moventur*. (cap. XI)
Cum exigua pars lūnae vidētur, lūna 'nova' esse *dīcitur*. (cap. XIII)
Tum nāvēs et nautae in mare *merguntur*. (v. 35)

VERBA DĒPŌNENTIA – MEDIA TANTUM

OPPERĪRĪ: Necesse est ventum **opperīrī**. (= exspectāre, vv. 48-49)
ĒGREDĪ: Ventō secundō nāvēs ē portū **ēgrediuntur** (= exeunt), vēla ventō *implentur* ac nāvēs plēnīs vēlīs per mare *vehuntur*. Pars nāvis posterior puppis *dīcitur*. (vv. 39-41)
ORIRĪ: Ea pars caelī unde sōl **oritur** *dīcitur* oriēns. (v. 45)
PROFICĪSCĪ: Mēdus ex Italiā **proficīscitur** cum amīcā suā Lȳdiā. (= abit; vv. 56-57)
SEQUĪ: Aliae nāvēs eam **sequuntur**. (= post eam veniunt; v. 66)
LAETĀRĪ et VERĒRĪ: Mārcus **laetātur** (= laetus est) neque dominum suum sevērum **verētur** (= timet; vv. 73-74)
INTUĒRĪ: Mēdus faciem Lȳdiae **intuētur**. (= spectat; v. 79)
LĀBĪ: Dē Lȳdiae lacrimae **lābuntur**. (= cadunt; v. 85)
COMPLECTĪ: Mēdus Lȳdiam **complectitur**. (= bracchia circum corpus eus pōnit; v. 87)
LOQUĪ: Dum gubernātor **loquitur**, Mēdus occidentem spectat. (= verba facit; v. 96)
FIERĪ: Mare tranquillum **fit**. (= esse incipit; vv. 97-98)
CŌNĀRĪ: Mēdus loquī **cōnātur** neque potest. (vv. 145-146)

VENTŌ SECUNDŌ NĀVĒS Ē PORTŪ ĒGREDIUNTUR: VĒLA VENTŌ IMPLENTUR AC NĀVĒS PLĒNĪS VĒLĪS PER MARE VEHUNTUR. (ablātīvus absolūtus)

- **nōmen substantīvum + nōmen adiectīvum:**

  Ventō secundō nāvēs ē portū ēgrediuntur: vēla ventō implentur ac nāvēs plēnīs vēlīs per mare vehuntur. (vv. 38–40).

  Nautae nec marī turbidō nec marī tranquillō nāvigāre volunt (v. 36, cf. cap. XIV: *Mārcus fenestrā apertā dormit; pedibus nūdīs ante lectum stat*).

- **nōmen substantīvum + participium**

  Sōle oriente nāvis ē portū ēgreditur multīs hominibus spectantibus (vv. 64–65)

- **nōmen substantīvum + nōmen substantīvum**

  Sōle duce gubernō (v. 94).

N.B.! Verbum "esse" nōn habet participium:

1) Est ventus secundus/cum est ventus secundus/quia est ventus secundus, nāvēsque ē portū ēgrediuntur. =*Ventō secundō ~~essente~~, nāvēs ē portū ēgrediuntur.*
2) Sōl lūcet est/Dum sōl lūcet, gubernō. = *Sōle duce ~~essente~~ gubernō.*
3) **Cf. ablātīvus temporis:** Tempus antīquum erat et mēnsis Mārtius prīmus erat. = *Tempore antīquō ~~essente~~ mēnsis Mārtius prīmus erat.*

PAULUM / MULTUM AQUAE (genitīvus partitīvus)

- *Italia inter duo maria interest, quōrum alterum… mare 'Superum' appelātur*; *quōrum* (= ex *quibus*) *nēmō eōrum* (= *ex iīs*, cap. XVII, v. 12).
- *paulum/multum aquae* (v. 9, 117)*, paulum cibī nec multum pecūniae* (v. 61–62)*, paulum temporis* (v. 108 in margine).

Cf. (*magnus/parvus*) *numerus īnsulārum/oppidōrum/fluviōrum* (cap. II) et *mīlia passuum* (cap. XII)

NĀVIS PAULŌ LEVIOR FIT, SIMUL VĒRŌ… FLŪCTŪS MULTŌ ALTIŌRĒS FĪUNT.

Nāvis paulō (< paulum) *levior fit, simul vērō… flūctūs multō* (< multum) *altiōrēs fīunt* (vv. 123–124).

multō	*-ior -ius*
paulō	*ante*
	post

paulō post (v. 91, 112), *paulō ante* (v. 148).

Cf. ablātīvus: *annō post, multīs annīs ante* (cap. XIX, vv. 83, 123).

N.B.! LOCŌ
- Ubi? *eō locō* (v. 16, ablātīvus locī) = *in eō locō*
- Unde? *locō movēre* (v. 140, ablātīvus sēpārātiōnis, sēpārāre = dīvidere)

PUPPIS
- puppis -is *f* acc. *-im* abl. *-ī* (vv. 41, 67), similiter *Tiberis -is* (vv. 7, 9) dēclīnātur.

nom.	*puppi-s*
ak.	*puppi-m*
abl.	*puppī*

NAUTA
- nauta -ae *m*: *nauta Rōmānus* (v. 28).

Ī|RE: E|Ō, E|UNT FI|ERĪ: FI|T, FĪ|UNT
- FIT = vōx passīva verbī "facere" (vidē capitulum XVIII)
- FIT + adiectīvum: *mare tranquillum fit* (v. 98)*, flūctū multō altiōrēs fīunt* (v. 124).

VĒRŌ
- *Nāvis paulō levior fit, simul vērō* (= sed simul) *tempestās multō turbidior et flūctūs multō altiōrēs fīunt.* (vv. 123-124)

CONSPECTVS GRAMMATICVS CAP. XVII

VOC/Ā- (voc^{a}or, vocā-ris...), VIDĒ-, AUDĪ- — **TANG-E/I** (vōx passīva)

	sg.	pl.	sg.	pl.
1.	*-or*	*-mur*	*-or*	-i*mur*
2.	*-ris*	*-minī*	-e*ris*	-i*minī*
3.	*tur*	*-ntur*	-i*tur*	-u*ntur*

Magister Mārcum nōn laudat, sed reprehendit *Mārcus ā magistrō nōn laudātur, sed reprehenditur.* Mārcus: *"Cūr ego semper ā tē reprehendor, numquam laudor?"*

Magister: *"Tū ā mē nōn laudāris, quia numquam rēctē respondēs. Semper prāvē respondēs, ergō reprehenderis!"* (vv. 63–64).

Sextus dē sē ipse et dē Titō dīcit: *"Nōs ā magistrō laudāmur, nōn reprehendimur"*

UT SCĪTIS, ŪNUS SĒSTERTIUS EST QUATTUOR ASSĒS ET ŪNUS DĒNĀRIUS QUATTUOR SĒSTERTIĪ (nummī Rōmānī)

sēstertius (HS; ex orichalcō)	= 4 *assēs (as assis* m.; ex cuprō)
dēnārius (ex argentō)	= 4 *sēstertiī*
aureus (ex aurō)	= 25 *dēnāriī*
sēmis -issis m. *(sēs-)*	= ½ *as*
ante ann. CCXVII a. Chr. N. sēs-tertius	= 2½ *assēs* (= sēmis tertius assis = II assēs + S sēmis assis = II S = HS)

***QUOT?* ŪNUS -A -UM... *UN-DĒ*-VĪGINTĪ.... TRĪGINTĀ.... CENTUM... DŪCENTĪ... MĪLLE** (numerī cardinālēs)

Quot? indēclīnābile ....tot...	**Quot** capita, **tot** sententiae.
1, 2, 3: *ūnus -a -um, duo -ae -o* a *trēs tria.*	
20: *vī-gintī*	
30-90 *-gintā*:	trī-gintā, quadrā-gintā, quīnquā-gintā, sexā-gintā...
11-17 *-decim* (< *decem*)*:*	ūn-decim, duo-decim, trē-decim, quattuor-decim....
18/19: *duo-/ūn-dē-vīgintī*	
28/29: *duo-/ūn-dē-trīgintā*	
38/39: *duo-/ūn-dē-quadrāgintā*	
21: *vīgintī ūnus = ūnus et vīgintī*	
22: *vīgintī duo =duo et vīgintī*	
200, 300, 600 *-cent|ī -ae -a:*	dūcentī virī, dūcentae fēminae, dūcenta oppida....
400, 500, 700, 800, 900: *-gent|ī:*	quadringentī virī, quadringentae fēminae, quadringenta oppida...
1000 mīlle virī/virōrum	2000 duo mīlia virōrum

QUŌTUS -A -UM? **PRĪMUS -A -UM VĪCĒSIMUS... (--, BIS, TER...) MĪLLĒSIMUS...** (numerī ōrdinālēs < ōrdō -inis *m* : prīmus, secundus, tertius, quārtus.... mīles)

Quōtus -a -um?

20.–90., 100.-1000 *-ēsim|us -a -um:* 20. *vīcēsim|us,* 30. *trīcēsim|us,* 40. *quadrāgēsim|us...* 100. *centēsim|us,* 200. *dūcentēsim|us* ... 1000. *mīllēsim|us* (vidē pāg. 308).

TITUS ET SEXTUS RĒCTĒ *RESPONDENT.* (adverbium < ad + verbum, vidē cap. XVIII)

Respōnsum Titī et Sextī rēctum est: iī rēctē (< rēctus -a -um) **respondent**. (vv. 39-40)

Respōnsum Mārcī est prāvum: is prāvē (< prāvus -a -um) **respondet**. (vv. 40-41)

Cōgitāre nōn potes! Nam stultē (< stultus -a -um) et prāvē **respondēs**. (vv. 60-61)

In aequās partēs pecūniam partīrī oportet. Sī vōs sex assēs aequē **partiminī**, quot tibi sunt? (v. 146)

DISCIPULŌ TAM INDUSTRIŌ DĒNĀRIUM DARE OPORTET (dare)

thema *da-*: *nōs da|mus*, *vōs da|tis, da|tur, da|te! ...*

+ praeter hās fōrmās *a* est breve: *dā! dā|s* a *dā|ns* (semper ante *ns* vocālēs longae fīunt).

NŌTĀ BENE!

- DOCĒRE + ACC. + ACC.: *Magister puerōs numerōs… docet* (v. 2).
- QUAMQUAM (↔ quia): *Itaque vōs numquam reprehendiminī, quamquam saepe prāvē respondētis.* (vv. 80-81).
- PARTICIPIUM (: quī/quamquam) *Quīntus ā magistrō laudātur, quamquam abest. Nōnne tū laetāris, Mārce, quod frāter tuus etiam absēns* (= quī/quamquam abest) *ā magistrō laudātur?* (vv. 86-89)
- DĪC^{E}! DĪCITE! < dīcere: *Prīmum dīc numerōs ā decem ūsque ad centum!* (vv. 15-16)
- NE-SCĪRE (= nōn scīre), IN-DOCTUS (= nōn doctus): *Puerī multās rēs nesciunt, puerī adhūc indoctī sunt.* (vv. 4-5)
- QUIS-QUE, acc. QUEM-QUE (: et ūnus et alter et tertius): *Puerī tacitī statnt ante suam quisque sellam, nēmō eōrum dormit.* (vv. 12-13)
- Sextus: “*Ego* respōnsum sci*ō*.” ACI: Sextus dīcit *sē* respōnsum scī*re*.
- LARGĪRĪ = multum dare, PARTĪRĪ = dīvidere (in partēs).

CONSPECTVS GRAMMATICVS CAP. XVIII

OMO OCLOS ET NASV ABET (pronūtiātiō linguae Latīnae)

"^{h}OMO OC^{u}LOS ET NASV^{m} ^{h}ABET" scībit Mārcus (vv. 60-21)

Litterās, quae suprā scrīptae sunt, Rōmānī nōn prōnūntiant: ^{h}ora, septe^{m}, cauda^{m}, nasu^{m}, me^{n}ses

NUMERUS SYLLABĀRUM ET VŌCĀLIUM ĪDEM EST. (īdem eadem idem)

ī-dem (< is-dem)	*ea-dem*	*i-dem (< id-dem)*
eun-dem (< eum-dem)	*ean-dem (< eam-dem)*	*i-dem (< id-dem)*
	eius-dem...	

cf. *septendecim* et *septentriōnēs*

quis-que	*quae-que*	*quod-que*
quem-que	*quam-que*	*quod-que*
	cuius-que	

PULCHERRIMAE SUNT LITTERAE SEXTĪ.... "ET" EST VOCĀBULUM FACILLIMUM (nōmina adiectīva)

adj. *-er:* sup. *-errimus*:	pulcher > pulch-errim|us	piger > pig-errim|us (locō *-issim|us*)
	miser > mis-errrim|us	pauper > paup-errim|us
	facilis > facil-lim|us (v. 102)	

MĪLES FORTIS EST QUĪ FORTITER PUGNAT. (adverbium < ad + verbum)

Puer stultus est. *puer* (nōmen substantīvum) – *stultus* (nōmen ad-iectīvum)
Puer stultē agit. *agit* (verbum temporāle) - *stultē* (ad-verbium < ad + verbum).
Mīles fortis (nōmen adiectīvum) *est quī fortiter* (adverbium)*pugnat.*

nōmen adiectīvum	**adverbium**	
-us -a -um	*-ē*	*stult|us -a -um > stultē*
		rēct|us -a -um > rēctē
		pulcher -chr|a -chr|um > pulchrē
		anōmala: *bonus > bene, malus > male*
-is -e	*-iter*	*fort|is > fortiter*
		brev|is > breviter
		turp|is > turpiter

Adverbium potest spectāre nōn sōlum ad verbum sed etiam:

1) ad tōtam sententiam: *Certē pulcherrimae sunt litterae Sextī* (v. 73).
2) ad nōmen adiectīvum: *"Litterae vestrae aequē foedae sunt."*

GRADUS COMPARĀTĪVUS: *-ius* *pulchrius, foedius, rēctius*

Magister: *"Tū, Tite, neque pulchrius neque foedius scrībis quam Mārcus"*

Titus: *"At certē rēctius scrībō quam Mārcus."*

GRADUS SUPERLĀTĪVUS: *-issimē* *- (err)imē*

Magister: *"Comparā tē cum Sextō, quī rēctissimē et pulcherrimē scrībit."*

QUOT-IĒS? TOT-IĒS. MĀRCUS DECIĒS H SCRĪBIT... (numerī ad-verbiālēs)

Mārcus deciēs H **scrībit**... (v. 119)

semel 1×, *bis* 2×, *ter* 3×, *quater* 4×, *quīnquiēs* 5×, *sexiēs* 6×, *septiēs* 7×, *n-iēs n* ×

NŌTĀ BENE!

- FACERE *(facit, faciunt)*, vōx passīva est *fierī (fit, fīunt)*: *Vōcālis… syllabam facere potest… Sine vōcālī syllaba fierī nōn potest* (v. 23, 25).
- FACERE > *EF*-FICERE: *Stilus ex ferrō efficitur (= fit).*
- CUM: *Titus sīc incipit: "Magister! Mārcus bis..." – cum Mārcus stilum in partem corporis eius mollissimam premit!* (v. 128).
- QUĀLIS - TĀLIS: *Quālēs sunt litterae Sextī? Pulchrae sunt.* (v. 65), *Magister: "Pulchrē et rēctē scrībis, Sexte! Facile est tālēs litterās legere."* (v. 70)
- PAPȲRUS -ī *f*: *Charta ex papȳrō efficitur, id est ex altā herbā quae in Aegyptō apud Nīlum flūmen reperītur. Papȳrus alta.*

CONSPECTVS GRAMMATICVS CAP. XIX

IŪLIUS UXŌREM SUAM OPTIMAM OMNIUM FĒMINĀRUM VOCAT. (gradus comparātīvus ac superlātīvus nōminum adiectīvōrum)

magnus	*māior -ius*	*māximus*
parvus	*minor -ius*	*minimus*
bonus	*melior -ius*	*optimus*
malus	*pēior -ius*	*pessimus*
multī	*plūrēs -a*	*plūrimī*

Iuppiter Optimus Māximus (vv. 13-16, 25-30, 36-37)

Rōmae plūrēs hominēs habitant quam in ūlla aliā urbe imperiī Rōmānī. Urbs Rōma plūrimōs hominēs et plūrimās domōs habet. (vv. 52, 54).

GRADUS SUPERLĀTĪVUS + GENITĪVUS PARTITĪVUS

Iūlius uxōrem suam 'optimam omnium fēminārum' vocat. (v 30).

Venus *pulcherrima omnium deārum...*(v. 21)

Rōma *urbs māxima et pulcherrima tōtīus imperiī Rōmānī* (vv. 57–58).

ELĀTĪVUS (< ex + ferre) – SUPERLĀTĪVUS ABSOLŪTUS

mea optima uxor!	*mī optime vir!*	(vv. 90–94)
flōrēs pulcherrimōs	*vir pessimus*	(vv. 78, 110; cf. 107, 128, 129).

QUĪNTUS EST PUER SEPTEM ANNŌRUM (genetīvus quālitātis)

Mārcus octō annōs habet; Quīntus est puer septem annōrum (v. 33).

Ante decem annōs Iūlius adulēscēns vīgintī duōrum annōrum erat (v. 40).

ANTE DECEM ANNŌS IŪLIUS ADULĒSCĒNS VĪGINTĪ DUŌRUM ANNŌRUM ERAT (*tempus praeteritum imperfectum*, < *im-perfectus -a -um*)

Nunc Iūlius Aemiliam amat	*Tunc Iūlius Aemiliam amābat.*
(tempus praesēns)	(tempus praeteritum imperfectum)

-BĀ- **amā**-ba-t, **respondē**-ba-t

-ĒBĀ- **scrīb**-ēba-t, **dormi**-ēba-t

ESSE: *is era|t, iī era|nt* (cap. XIII), 1. *ego era|m, nōs erā|mus, tū erā|s, vōs erā|tis.*
AB-ESSE: *ab-era|m, ab-erā|s,...*
POSSE: *pot-era|m, pot-erā|s,...*

TEMPUS PRAETERITUM IMPERFECTUM

vōx āctīva

	sg.	pl.
1.	*-(ē)ba|m*	*-(ē)bā|mus*
2.	*-(ē)bā|s*	*-(ē)bā|tis*
3.	*-(ē)ba|t*	*-(ē)ba|nt*

vōx passīva

	sg.	pl.
1.	*-(ē)ba|r*	*-(ē)bā|mur*
2.	*-(ē)bā|ris*	*-(ē)bā|minī*
3.	*-(ē)bā|tus*	*-(ē)ba|ntur*

ESSE

	sg.	pl.
1.	*era|m*	*erā|mus*
2.	*erā|s*	*erā|tis*
3.	*era|t*	*era|nt*

Iūlius et Aemilia Rōmae habitāba|nt. Iūlius cotīdiē epistulās ad Aemiliam scrībēba|t. Iūlius male dormiēba|t.

Iūlius: *„Tunc ego tē amāba|m tū mē nōn amām, tū mē n amābā|s... Neque epistulās, quās cotīdiē tibi scrībēba|m, legēbā|s.”*

NŌTĀ BENE!

- DOMUS *-ūs f*, abl. *domō* acc. pl. *domōs,* gen. *domōrum* (vel *domuum*):

  1) domus = vīlla

  - UBI? *Iūlius et Aemilia in eādem urbe habitābant, nōn in eādem domō* (vv. 44-45, cf. *Ubi? in eādem vīllā*)

  - UNDE? *Iūlius ex magnā domō ēgreditur.* (cf. *ex magnā vīllā suā*)

  2) domus = locus ubi Quīntus, nautae, cēt. habitant

  - UBI? loc.: *Is (= Quīntus) domī apud mātrem suam est* (cap. XV, v. 81, cf. *Ubi? Tūsculī*)

- IŪLĪ! (< Iūl-ie < Iūl-ius), FĪLĪ! (< fīl-ie < fīl-ius), MĪ! (< meus): Aemilia: *Ō Iūlī, mī optime vir!* (vv. 93–94), Iūlius: *Ō mī fīlī!*

- -ĀS (= -AE, genetīvus): terminātiō antīqua quae tantum in hīs verbīs iūnctīs reperītur: *pater familiās* et *māter familiās*

- NEQUE ŪLLUS (= et nūllus, vv. 14, 24, 27): *Nēmō deōrum pēior est quam Iuppiter, neque ūlla dea pēior est quam Venus.*

- N|ŪLLUS, SŌLUS, TŌTUS, ŪNUS*:* gen*. -īus, dat. -ī*: *Iūlius est pater duōrum fīliōrum et ūnīus fīliae. Rōma urbs māxima et pulcherrima est tōtīus imperiī Rōmānī.* (v. 32, 58).

- NŌMINA DEŌRUM:

  - *Iuppiter Iov|is* (< Iovis + pater: = *Zeus*)

  - *Iūnō -ōnis* (= *Hera*), uxor Iovis

  - *Venus -eris* (= *Aphrodite*), dea pulchritūdinis et amōris

  - *Cupīdō -inis* (= *Eros*), deus amōris

CONSPECTVS GRAMMATICVS CAP. XX

SED POST PAUCŌS MĒNSĒS NOVUS ĪNFĀNS IN CŪNĪS ERIT. (*tempus futūrum*)

I. et II. coniugātiō
AMĀ- RESPONDĒ-

vōx	āctīva	passīva
sg.	1. -*b*|*ō*	-*b*|*or*
	2. -*b*|is	-*b*|*eris*
	3. -*b*|it	-*b*|*itur*
pl.	1. -*b*|i*mus*	-*b*|i*mur*
	2. -*b*|i*tis*	-*b*|i*minī*
	3. -*b*|u*nt*	-*b*|u*ntur*

III. et IV. coniugātiō
SCRĪB- APERĪ-

vōx	āctīva	passīva
sg.	1. -*a*|*m*	-*a*|*r*
	2. -*ē*|*s*	-*ē*|*ris*
	3. -*e*|*t*	-*ē*|*tur*
pl.	1. -*ē*|*mus*	-*ē*|*mur*
	2. -*ē*|*tis*	-*ē*|*minī*
	3. -*e*|*nt*	-*ē*|*ntur*

ESSE

	sg.	pl.
1.	*erō*	*erimus*
2.	*eris*	*eritis*
3.	*erit*	*erunt*

ab-erit *ab-erunt*
pot-erit *pot-erunt*

ĪRE (*ab-, ad-, ex-, red-*) : *ī*|*b*|*ō, ī*|*b*|*is, ī*|*b*|*it*, cēt.(vv. 131–132).

Sed post paucōs mēnsēs novus īnfāns in cūnīs erit. Aemilia rūrsus parvum īnfantem habēbit neque cūnae vacuae erunt. Tum Iūlius et Aemilia quattuor līberōs habēbunt. Aemilia laeta cūnās movēbit et parvā vōce cantābit: "Lalla". ...Annō post pater et māter ab īnfante suō appellābuntur... (vv. 21-29).

EGO ALTERAM FĪLIAM HABĒRE VOLŌ, PLŪRĒS QUAM DUŌS FĪLIŌ NŌLŌ. (velle ↔ nōlle)

Ego alteram fīliam habēre volō, plūrēs quam duōs fīliō nōlō. (v. 54-55)
Cūr tū fīlium habēre vīs, Iūlī? (v. 56)
Vōs virī fīliōs modo vultis, fīliās nōn amātis! (v. 64)
Nōs virī nōn fīliōs tantum, sed etiam fīliās habēre volumus. (v. 72-73)
Multae mātrēs īnfantēs alere nōlunt. (vv. 16-17)
Iūlia dīcit 'sē patre suō carēre nōlle'. (vv. 140-141)
NŌLĪ + INF.! Iūlius: "Nōlī abīre! Tēcum colloquī volō."

VELLE (< vel-re)

	sg.	pl.
1.	*volō*	*volumus*
2.	*vīs*	*vultis*
3.	*vult*	*volunt*

Abī! ↔ *Nōlī* abīre!

NŌTĀ BENE!

- DOMUS *-ūs f*: (pars altera)

  1) domus = vīlla

  - UBI? *Iūlius et Aemilia in eādem urbe habitābant, nōn in eādem domō* (vv. 44-45, cf. *Ubi? in eādem vīllā*)
  - UNDE? *Iūlius ex magnā domō ēgreditur.* (cf. *ex magnā vīllā suā*)

2) domus = locus ubi Quīntus, nautae, cēt. habitant

- UBI? loc.: *Is (= Quīntus) domī apud mātrem suam est.* (cap. XV, v. 81, cf. *Ubi? Tūsculī*); *domī manēre* (v. 127).

- UNDE? abl.: *Vel sī necesse erit domō abīre...* (vv. 136-137, cf. *Unde? Tūsculō.* Est ablātīvus sēpārātiōnis velut: *cibō carēre = sine cibō esse*, v. 6)

- QUŌ? acc.: *Ō miserōs nautās quī numquam domum revertentur!* (*domum revertī*, vv. 123-124, cf. *Quō? Tūsculum.*)

- NŌBĪS (< nōs), VŌBĪS (< vōs):
  - ABL.: *Necesse est mihi crās rūrsus ā vōbīs* (abl.) *discēdere. Nōlī ā nōbīs* (abl.) *discēdere* (vv. 129-130, 136).
  - DAT.: *Prīmum magister nōbīs* (dat.) *recitāvit, nesciō quid... Tabellam vōbīs* (dat.) *ostendam.* (cap. XXI, vv. 91 et 109)

- OMNĒS -ium *m pl* ↔ nēmō: *Pulchritūdō Veneris ab omnibus laudātur* (vv. 22-23).

- DIGNUS -a -um (+ abl.): *Tū sōlus dignus amōre meō erās...* (vv. 111-112)

- ERGĀ + acc.: *Meus amor ergā tē multō māior est hodiē quam tunc!* (vv. 94-95)

- ANNŌ POST (= post annum): *Annō post Iūlius et Aemilia coniugēs erant...* (v. 83), *Etiam nunc, decem annīs post (= post decem annōs), beātī sunt coniugēs* (v. 86).
  - POST ANNUM: *post* est praepositiō cum accūsātīvō
  - ANNŌ POST: *post* est adverbium, *annō* ablātīvus temporis

CONSPECTVS GRAMMATICVS CAP. XXI


MĀRCUS PER IMBREM AMBULĀVIT. (tempus *praeteritum* perfectum āctīvum)

Mārcus per imbrem ambulāvit (< *ambulāre*, v. 7)

	sg.	pl.
1.	*-ī*	*-imus*
2.	*-istī*	*-istis*
3.	*-it*	*-ērunt*


TEMPUS PERFECTUM X TEMPUS IMPERFECTUM

Cf. *Iūlia cantābat... Tum Mārcus eam pulsāvit.*



TEMPUS PRAETERITUM PERFECTUM X TEMPUS PRAESĒNS

Iam Iūlia plōrat, quia Mārcus eam pulsāvit



Puerī per imbrem ambulāv|ērunt; Mārcus et Titus Sextum pulsāv|ērunt (vv. 8, 13).

Sordidus est quod humī iacu|it. Et Mārcus et Titus humī iacu|ērunt. (vv. 20, 21)

Titus Mārcum vocāre audīv|it. Nec parentēs eum audīv|ērunt. (vv. 23, 26).

Colloquium inter patrem et fīlium: *Mārcus: "...ego illum pulsāvī!" Iūlius:"Tūne sōlus Sextum pulsāvistī?" Mārcus: "Ego et Titus eum pulsāvimus." Iūlius: "Quid? Vōs duo ūnum pulsāvistis?"* (vv. 40-43).

	PULSĀV-	***IACU-***	***AUDĪV-***
1. pl. *-ī, -imus*	*pulsāv|ī, pulsāv|imus*	*iacu|ī, iacu|imus*	*audīv|ī, audīv|imus*
2. pl. *-istī, -istis*	*pulsāv|istī, pulsāv|istis.*	*iacu|istī, iacu|istis*	*audīv|istī, audīv|istis*
3. pl. *-it, -iērunt*	*pulsāv|it, pulsāv|ērunt*	*iacu|it, iacu|ērunt*	*audīv|it, audīv|ērunt*

"Puer dormi-t"	*Medicus 'puerum dormīre' dīcit.*	*dormīre = īnfīnītīvus praesentis (-re)*
"Mārcus dormīv-it"	*Iūlius 'Mārcum dormīvisse' dīcit.*	*dormīv|isse = īnfīnītīvus perfectī (~isse)*

Iūlius 'Mārcum intrāvisse' dīcit, at nōn dīcit 'eum... humī iacuisse' (vv. 73–74); *Mārcus dīcit 'sē bonum puerum fuisse'* (v. 85).

-Ā- *pulsā-re*	*pulsāv-isse*
-Ē- *iacē-re*	*iacu-isse*
-/- *scrīb*-ere	*scrīps-isse (< scrībs-isse)*
dīcere	*dīx-isse (< dīcs-isse)*
-Ī- *audī-re*	*audīv-isse*

	thema - t. praesentis	thema ~ t. perfectī
1.	*pulsā-*	*pulsāv-*
2.	*iacē-*	*iacu-*
3.	*scrīb-*	*scrīps-*
4.	*audī-*	*audīv-*

ES-SE *fu-isse* → *ego fu|ī, tū fu|istī, is fu|it*, cēt. (vv. 83–86, 105, 106).

MĀRCUS Ā SEXTŌ PULSĀTUS EST (tempus perfectum passīvum)

PARTICIPIUM TEMPORIS PERFECTĪ *pulsā-t|us -a*

laudāt|us -a -um, audīt|us -a -um, scrīpt|us -a -um (*b* > *p*).

Sextus Mārcum pulsāvit = *Mārcus ā Sextō pulsātus est* (v. 11).

Iūlia ā Mārcō pulsāta est; puerī laudātī sunt; litterae ā Sextō scrīptae sunt.

th. perfectī – vōx passīva

1.	*-t|us -a*	*sum*
2.		*es*
3.	*...um*	*est*
1.	*-t|ī -ae*	*sumus*
2.		*estis*
3.	*...um*	*sunt*

ĪNFĪNĪTĪVUS PERFECTĪ PASSĪVĪ *laudāt-um* (*-am*/*-um*/*-ōs*/*-ās*/*-a*) *esse*

laudātum esse: Mārcus 'sē ā magistrō laudātum esse' dīcit

AcI: *Aemilia litterās ā Mārcō scrīptās esse crēdit*, vv. 122.

- participium velut adiectīvum: *puer laudātus* (= *puer quī laudātus est*). passivum est

N:B.! Cf. *Āēr frīgidus in cubiculum Mārcī intrat, fenestra enim aperta est.* (cap. XIV, vv. 14-15)

NŌTĀ BENE!

- CORNŪ *-ūs,* pl. *-ua -uum* (vidē pg. 164): *Is quī tē pulsāvit, cornua nōn gerit* (< *cornū -ūs n*, vv. 32-33). *Faciēs et manūs et genua Mārcī sordida sunt* (< *genū -ūs n.*. 18-19).
- ALI-QUIS ALI-QUID (prōnōmina in-dēfīnīta): *Aliquis pedibus sordidīs in solō mundō mabulāvit. Quis per ōstium intrāvit?* (vv. 65-66). *Prīmum magister nōbīs aliquid recitāvit, nesciō quid...* (vv. 91-92)
- MULTA sunt = multae rēs: *Multa nōs docuit – legere, scībere et computāre et cētera...* (vv. 90-91); HAEC sunt = hae rēs: *Mārcus ipse haec scrīpsit...* (v. 123); OMNIA sunt = omnēs rēs: *Quā dē causā nōn omnia audīvistī?* (v. 95); FALSA sunt = verba falsa/rēs falsae (v. 145); ET CĒTERA sunt = et cēterae rēs/cētera verba...
- INTERIM (= dum haec aguntur): *Mārcus Dāvum sequitur in cubiculum... vestem mundam et candidam induit. Interim Aemila ātrium intrat.* (vv. 59-63)
- POSTQUAM (↔ antequam): *Mārcus, postquam vestem mūtāvit, mundus redit et mātrem salūtat.* (vv. 79-80)
- IN LŪDŌNE?: *In lūdōne quoque bonus puer fuistī?* (v. 82-83)
  - AIN' TŪ? = Aisne?
- Ubi? HUMĪ (locātīvus, < humus -ī *f*): *Sordidus est quod humī iacuit; humus enim propter imbrem ūmida et sordida est.* (vv. 19-21)

CONSPECTVS GRAMMATICVS CAP. XXII

EGO NŌN VENIŌ VĪLLAM OPPUGNĀTUM SĪCUT HOSTIS (supinum I: *-tum*)

Tabellārius: *"Ego nōn veniō vīllam oppugnātum sīcut hostis, nec pecūniam postulātum veniō"* (vv. 33-34).

ĪRE & VENĪRE + SUPĪNUM: *salūtātum venīre, dormītum īre, ambulātum exīre, lavātum īre* (vv. 49-54).

NŌMEN MEUM NŌN EST FACILE DICTŪ (supinum II: *-ū*)


"Nōmen meum nōn est facile dictū"
"Vōx tua difficilis/facilis est audītū" (vv. 43, 46). = *Difficile est vōcem tuam audīre.*

NŌTĀ BENE!

1) *dormītum īre* est sīcut *domum, Tūsculum īre* (vidē cap. VI)

2) *difficile audītū* est sīcut *pede aeger* (vidē cap. XI)

	thema praesentis: THEMA SUPĪNĪ
	salūtā-: SALŪTĀT- *audī: AUDĪT-*
-ē- > -i-:	*terrē-: TERRIT-.*
assimilātiō:	*scrīb-: SCRĪPT-* (*bt > pt*),
	claud-: CLAUS- (*dt > tt > ss > s*)



difficile lectū

THEMATA VERBŌRUM TEMPORĀLIUM

1. praesentis [–]
2. perfectī [~]
3. supīnī [≈]

FŌRMAE VERBŌRUM TEMPORĀLIUM:

1. īnfīnītīvus praesentis āctīvī, velut *scrīb|ere*
2. īnfīnītīvus perfectī āctīvī, velut *scrīps|isse*
3. īnfīnītīvus perfectī passīvī, velut. *scrīpt|um esse*

verba quae carent vōce passīvā	*posse potuisse*	
verba media tantum (vel dēpōnentia)	*loquī locūtum esse*	
e > ē	*emere ēmisse ēmptum*	*venīre vēnisse*
m, n > -,-	*scindere scidisse scissum*	*rumpere rūpisse ruptum*
pe > pepu (reduplicatio)	*pellere pepulisse pulsum*	
th. praesentis = perfectī	*solvere solvisse solūtum.*	

NŌTĀ BENE!

- SĪ QUIS/QUID…: *Sī ~~ali~~-quis vīllam intrāre vult…* (v. 7; prōnōmen indēfīnītum)
- NUM QUIS/QUID…? *Num ~~ali~~-quis hīc est?* (v. 28; prōnōmen indēfīnītum); *"Num ~~ali~~-quid tēcum fers?"* (v. 105; prōnōmen indēfīnītum).
- ISTE -A -UD (prōnōmen dēmōnstrātīvum quod declīnātur ut *ille illa illud*): *Removē canem! Iste canis (= ille canis apud tē) ferōx mē intrāre nōn sinit* (v. 86). *Istud pallium (: quod tū geris) nōn est magnī pretiī* (v. 103).
- HIC-I-NE? HAEC-I-NE? HOC-I-NE?: *Quid tremis? Hicine canis tē terruit?* (v. 87; *hicne* enim difficile est dictū) *Hocine erō tuō nōmen est?* (v. 112)
- FERŌ, FERS, FERT, FERIMUS, FERTIS, FERUNT, īnf. FERRE: *Num quid tēcum fers?* (vv. 104-105/110)
- SUB + acc./abl.: *Ubi? Sub arbore est umbra* (vidē cap. IX). *Quō? Admitte mē sub tēctum!* (vv. 91-92)
- **ABLĀTĪVUS ABSOLŪTUS:**
  - IĀNITŌRE DORMIENTE (= dum iānitor dormit), *canis vigilāns iānuam cūstōdit* (v. 23, ablātīvus + participium praesentis āctīvī)
  - CANE VĪNCTŌ (= postquam canis vīctus est), *tabellārius intrat* (v. 119, ablātīvus + participium perfectī passīvī) Cf. *Mārcus fenestrā apertā dormit* (cap. XIV, v. 15)

CONSPECTVS GRAMMATICVS CAP. XXIII

EGO POSTHĀC BONUS PUER FUTŪRUS SUM (participium temporis futūrī āctīvī, coniugātiō periphrastica āctīva)

Mārcus: *Certē malus puer fuī. Ego posthāc bonus puer* ***futūrus sum*** (: bonus erō, bonus esse certē volō)*, semper vōbīs* ***pāritūrus sum*** (: pārēbō, pārēre certē volō) *neque umquam* ***pugnātūrus sum*** *in viā* (: numquam pugnābō, numquam pugnāre certē volō) *nec umquam in lūdō* ***dormītūrus sum*** (: numquam dormiam, in lūdō dormīre certē iam nōlō). (vv. 84-87)

*Mārcus '**sē** mal**um** puer**um** fuisse' fatētur. Simul prōmittit '**sē*** (: Mārc**um**) *posthāc bon**um** puer**um futūrum esse**, semper **sē** parentibus **pāritūrum esse** neque umquam **pugnātūrum** nec in lūdō **dormītūrum esse**.'* (vv. 89-92)

Aemilia: "Īnfantem semper mēcum habitūra sum (= habēbō, habēre certē volō)
Aemilia dīcit '**sē** *(: Aemili**am**)* īnfatem semper sēcum habitū**ram** esse.'

- NŌTĀ BENE!
Moritūrī *(= iī quī morī nōlunt, sed dēbent, quia tū, Caesar, vīs)* tē salūtant, Caesar.

QUID AGIS? / QUID AGITUR?

Iūlius: "Quid agis, Mārce?"
Mārcus: "Ē scholā veniō.".

Quid agit rēgīna? Quid agitur?
Rēgīna variīs ōrnāmentīs ōrnātur.

Iūlius: "Quid agitur, serve? Cūr canis lātrat?"
Servus: "Canis lātrat quia tabellārius advenit."

Magister interrogat: "Quid agitur?"
Discipulī respondent: "Sedētur." *(: omnēs sedēmus)*
"Curritur." *(: omnēs currimus)*
"Ītur cēnātum." *(: omnēs īmus cēnātum)*

QUŌ ĪS? / QUŌ ĪTUR?

Magister: "Aperīte librōs vestrōs!"
Librī **aperiuntur**.
Aloīsia videt librōs **aperīrī**.
Georgius crēdit librōs **aperīrī**.

Aemilia: "Quō īs, Iūlī? Mārcumne verberātum īs?"
Aemilia: "Quō ītur? Mārcumne verberātum ītur?"
Aemilia putat Mārc**um** verberātum īrī.

Iūlius: "Dīc eī 'respōns**um** me**um** crās *ā Mārcō* trāditum īrī'." (v. 138, < *respōnsum trāditum ītur*)
Ego eum mūtātum esse nec posteā mūtātum īrī crēdō! (v. 118)
Magister nescit epistul**am** su**am** *ā Iūliō* scissum īrī *(< epistulam scissum ītur)*

MĀRCŌ IN CUBICULUM DUCTŌ... (ablātīvus absolūtus temporis – vōx passīva)

N.B. Fenestra aperta est.
Mārcus **fenestrā apertā** dormit. (cap. XIV, v. 15)

Postquam servus fenestram clausit, Quīntus dormīre incipit.
Fenestrā *ā servō* clausā, Quīntus dormīre incipit.

Postquam Mārcus in cubiculum ductus atque inclūsus est, Dāvus redit.
Mārcō in cubiculum ductō atque inclūsō, Dāvus redit.

Postquam epistula lēcta est *(ab eā)*, dīcit Aemilia:...
Epistulā lēctā, Aemilia dīcit:...

Postquam signum ruptum est, Iūlius litterās legit...
Signō ruptō, Iūlius epistulam legit...

MĒ PUDET FĒCISSE / FACTUM ESSE Ā MĒ / FACTĪ MEĪ

- Mārcus pessimam rem **fēcit.** Mārcus scit sē male **fēcisse.**
Eum pudet hoc fēcisse. *(Nōnne tē pudet hoc fēcisse, Mārce?)*
Mē pudet hoc ā fīliō meō factum esse.
Puerum pudet factī suī *(< factum -ī* n*)*

- Georgius male **cantat. Georgius** scit sē male **cantāre.**
Georgium pudet male cantāre.
Georgium pudet cantūs suī. (cantus -ūs m < canere)


NŌTĀ BENE!

- VERBA ANŌMALA: *legere lēgisse lēctum*
fugere fūgisse -----
ferre tulisse lātum
dare dedisse datum
trā-dere -didisse -ditum
per-dere -didisse -ditum

- I|ĒNS EUNT|IS (< ĪRE): *Mēdus herī domō fūgit nec hodiē Mārcum euntem et illinc red-euntem comitārī potuit* (vv. 105-107).
- NEQUE (= ~~ET NŌN~~): NEQUE UMQUAM (= ~~ET NUMQUAM~~) *Computāre nūllō modō potest neque umquam bene resondet...*(vv. 25-26), NĒMŌ UMQUAM *Nēmō magister pēiōrem discipulum umquam docuit* (v. 28).


CONSPECTVS GRAMMATICVS CAP. XXIV

MĀRCUS NUNC ŪMIDUS EST, QUOD PER IMBREM AMBULĀV-IT (tempus perfectum)



Mārcus nōn modo ūmidus **EST**, quod per imbrem ambulāv-it, sed etiam sordidus atque cruentus *est*, quod humī iacu-it et ā Sextō pulsātus est. Puerī enim in viā pugnāv-ērunt (cap. XXI, vv. 6-7, 19/20)

MĀRCUS ŪMIDUS ERAT, QUOD *ANTEĀ* PER IMBREM AMBULĀV-ERAT (tempus plūs-quam-perfectum)



Mārcus nōn modo ūmidus **ERAT**, quod *anteā* per imbrem ambulāv-erat, sed etiam sordidus atque cruentus *erat*, quod *anteā* humī iacu-erat et ā Sextō pulsātus erat. Puerī enim in viā pugnāv-erant (vv. 66, 68).

SĒ, SIBI

"Ego posthāc bonus puer erō" Mārcus dīcit 'sē posthāc bonum puerum futūrum esse.' (cap. XXIII, vv. 90)

"Doletne tibi pēs adhūc?" Puer 'pedem sibi dolēre' ait: "Valdē mihi dolet pēs." (vv. 23-24)

CŌNĀRĪ CŌNĀTUM ESSE

Quīntus surgere cōnātus est Mārcus mentītus est.
Mārcus tergī dolōrēs passus est.
Mēdus saepe de eā locūtus est.
Tabellārius canem veritus est.
Mārcus 'sē mentītum esse' fassus est.

CŌNĀRE! INTUĒRE! LOQUERE! OPPERĪRE! (imperātīvus verbōrum dēpōnentium)

Cōnsōlāre mē, Syra!	< cōnsōlārī
Intuēre dīligenter!	< intuērī
Loquere audācter!	< loquī
Opperīre patienter!	< opperīrī

FERŌCIOR LUPŌ / QUAM LUPUS (ablātīvus comparātiōnis)

Is canis lupō ferōcior est. = ferōcior quam lupus (v. 90).
In hāc rē is nōn pēior fuerat cēterīs. = pēior quam cēterī (v. 77; etiam vv. 108, 116).

NŌSCERE X NŌVISSE (tempus perfectum praesēns)

Aloīsia fenestram **aperuit**.

Fenestra nūper ab Aloīsiā **aperta est**.

Fenestra adhūc/nunc **aperta est**.

Mēdus mēnse Iānuāriō puellam Rōmānam ignōrābat.

Mēdus mēnse Maiō puellam Rōmānam **co-g-nōvit**.

Mēdus adhūc / nunc puellam Romānam **nōvit** *et adhūc memoriā tenet eam.*

Puella Rōmāna nunc Mēdō **nōta est** *et adhūc memoriā tenet eam.*.

"Quōmodo Mēdus... puellam Rōmānam nōscere potuit?"

"Nesciō quōmodo, sed certō sciō eum aliquam fēminam nōvisse"

Canis tē nōvit, ignōrat illum

SUBITŌ, CERTŌ, PRIMŌ

Subitō silentium clāmōre atque strepitū rumpitur.

Certō sciō eum aliquam fēminam nōvisse...

Tum Mārcus, quī prīmō (= initiō) omnia negāverat, 'sē mentītum esse' fassus est.

NŌTĀ BENE!

- POTUISSE: Syra: *Facile os frangere potuistī.* (: potuistī, sed nōn frēgistī)
  Quīntus: *Quis scit? Fortasse os frāctum est, nam pedem vix movēre possum sine dolōribus.*
  Syra: *Ossa tua integra sunt omnia.* (v. 33-36)
- -ŪRUS EST: Mārcus: *Certē malus puer fuī. Ego posthāc bonus puer futūrus sum* (: erō, esse certē volō)*, semper vōbīs pāritūrus sum* (: pārēbō, pārēre certē volō)....

  Mārcus 'sē malum puerum fuisse' fatētur. Simul prōmittit 'sē (: Mārcum) posthāc bonum puerum futūrum esse, semper sē parentibus pāritūrum esse' (cap. XXIII).
- -ŪRUS ERAT: Iūlius: *Nōn tibi crēdō, mī fīlī! Tam saepe bonus puer 'futūrus erās'* (: esse volēbās)*, tam saepe nōbīs 'pāritūrus erās'* (: pārēre volēbās) *neque puer bonus fuistī neque nōbīs pāruistī....*

  Mārcus: *Quid dīcis, pater? Ego vērē puer bonus futūrus eram et vōbīs pāritūrus eram. At magister ille tam malus est et puerī mē pulsāvērunt..*

  Iūlius: *Dīxī 'tē saepe bonum puerum 'futūrum fuisse', tam saepe nōbīs 'pāritūrum fuisse' neque bonum puerum fuisse neque nōbīs pāruisse'. Abī hinc!*

CONSPECTVS GRAMMATICVS CAP. XXV

UNDE? UBI? QUŌ? – OPPIDA PLŪRĀLIA TANTUM

- Athēnae -ārum *f pl*

Unde? Itaque complūrēs dulēscentēs virginēsque quotannīs Athēnīs in Crētam mittēbantur (vv. 37-38).

Ubi? Eō tempore Thēseus, vir patriae amāns atque glōriae cupidus, Athēnīs vīvēbat (v. 52).

Quō? Quī nūper Athēnās vēnerat.... (v. 50)

- Delphī -ōrum *m pl*

Unde venīs? *Delphīs*
Ubi est? *Delphīs*
Quō īs? *Delphōs*

UNDE? UBI? QUŌ? - ĪNSULAE

- parvae īnsulae: Naxus -ī *m*

Unde? *Ipse Naxō profectus est* (v. 100).
Ubi? *Ariadnā Naxī relictā ...* (v. 132)
Quō? *Thēseus nāvem solvit et cum fīliā rēgis nāvigāvit Naxum...* (v. 99)

- magnae īnsulae: Crēta -ae *f*

Unde? *Ē Crētā.*
Ubi? *In Crētā.*
Quō? Itaque complūrēs adulēscentēs virginēsque quotannīs Athēnīs in Crētam mittēbantur (vv. 37-38).

MORTEM TIMĒRE > TIMOR MORTIS (genetīvus obiectīvus)

mortem timēre > timor mortis (v. 77)
patriam amāre > amor patriae (v. 86)
mōnstra timēre > timor mōnstrōrum (v. 22)
urbem expugnāre > expugnātiō urbis (v. 46)
Mīnōtaurum necāre > nex Mīnōtaurī (v. 88)
pecūniam cupere >cupiditās pecūniae (v. 122)
cupidus pecūniae (= *quī pecūniam cupit*, v. 46)
amāns patriae (= *quī patriam amat*, v. 51)

N.B.: *timēre* (: verbum) *mortem* (: obiectum verbī) > *timor mortis* (genetīvus obiectīvus)

OBLĪVĪSCERE ILLĪUS VIRĪ! OBLĪVĪSCĪ OBLĪTUM ESSE

- hominis/reī: *Oblīvīscere illīus virī!* (v. 126, cf. v. 128)
- reī: *Redeō ad nārrātiōnem fābulae, quam ferē oblīta sum, dum dē aliīs rēbus loquor* (v. 130).

REX EUM IN LABYRINTHUM DŪCĪ IUSSIT

Magister iubet: "Iācōbe, aperī librum!"
*Iācōbus librum **aperit**.*
Magister iubet Iācōbum librum **aperīre**.
*Liber ā Iācōbō **aperītur**.*
Magister iubet librum **aperīrī**.

*Medicus Quīntum linguam ostendere **iubet*** (cap. XI, vv. 69-70, = *Medicus linguam (ā Quīntō) ostendī **iubet**.*).
*[Rēx] eum (ā mīlitibus) in labyrinthum dūcī **iussit*** (v. 59).

TĒ HĪC MANĒRE VOLŌ (VOLŌ + AcI)

*Tē hīc manēre **volō*** (v. 2-3).
*Quam fābulam mē tibi nārrāre **vīs**?* (v. 4)

CŌNĀRE! INTUĒRE! LOQUERE! OPPERĪRE! (imperātīvus dēpōnentium)

Cōnsōlāre mē, Syra!	Cōnsōlāminī, amīcī!	< cōnsōlārī
Intuēre dīligenter!	Intuēminī, amīcī!	< intuērī
Loquere audācter!	Loquiminī, amīcī!	< loquī
Opperīre patienter!	Opperīminī, amīcī!	< opperīrī

HAEC LOCŪTA, ARIADNA THĒSEŌ FĪLUM DEDIT (participium coniūnctum < coniungere -xisse -ctum)

Ariadna haec locūta ~~est et~~ Thēseō fīlum dedit. = *Haec locūta, Ariadna Thēseō fīlum dedit...*
Thēseus fīlum Ariadnae secūtus ~~est et~~ exitum labyrinthī facile repperit. = *Thēseus fīlum Ariadnae secūtus exitum labyrinthī facile repperit....*
Aegeus mortem fīliī eō colōre significārī arbitrātus ~~est et~~ sine morā dē saxō sē iēcit in mare... = *Aegeus, arbitrātus mortem fīliī eō colōre significārī, sine morā dē saxō sē iēcit in mare....*

POST EXPUGNĀTIŌNEM URBIS, URBE EXPUGNĀTĀ, POST URBEM EXPUGNĀTAM, POSTQUAM…

Post expugnātiōnem urbis...
Urbe expugnātā...
Postquam urbs expugnāta est...
Post urbem expugnātam...

Mīnōs, cupidus aurī atque sanguinis, nōn modo magnam pecūniam, sed etiam hominēs vīvōs ab Athēniēnsibus postulāverat (vv. 45-48)

AD NĀVIGANDUM PARĀTUS SUM (vidē cap. XXVI)

Thēseus: *Ad pugnam parātus sum* (vv. 68-69) = ad pugnandum parātus sum
Parātus sum ad nāvigandum (v. 94), *ad fugiendum* (v. 97)...

CONSPECTVS GRAMMATICVS CAP. XXVI

PARĀTUS AD PUGNAM / AD PUGNANDUM (gerundium)

- NŌMINĀTĪVUS
Quid necesse est hominī? *Spīrāre necesse est hominī.* (cap. X, v. 58*)*
Quid mihi licet? *Licetne mihi venīre?* (cap. XVI, vv. 82-83)

- AD + ACCŪSĀTĪVUS
Ad quid parātus es?
*parātus **ad** pugnam = parātus **ad** pugnandum*
*parātus **ad** nārrātiōnem = **ad** nārrandum*
et similī modō: ***ad** vīv|end|um, **ad** audi|end|um*

- GENETĪVUS
Cuius reī cōnsilium est? *cōnsilium fugiendī* (v. 55, = *cōnsilium fugae*)
haud difficilis est ars volandī (v. 72)
tempus dormiendī est (vv. 121-122, = *tempus est dormīre*)
cupidus et *studiōsus: cupidus audiendī, studiōsus volandī* (vv. 17, 43)
nōn sōlum dēlectandī, sed etiam monendī causā nārrātur fābula (v. 135-134)

- ABLĀTĪVUS
- cum praepositiōne: *audāx **in** volandō* (v. 80)*, liber **dē** amandō* (v. 154)
- sine praepositiōne (*quōmodo? quā rē? quā dē causā?*): *puerī scrībere discunt scrībendō, fessus sum ambulandō* (v. 24)

NŌMINA ADIECTĪVA -ER
niger -gr|a -gr|um (sine *-e-*)
miser -er|a -er|um
līber -er|a -er|um
celer -er|is -er|e
ācer ācr|is ācr|e (sine *-e-*)
*vir/fēmina/cōnsilium **prūdēns***
*vir/fēmina/cōnsilium **audāx***

- ER gradus superlātīvus*: -errim|us,* e.g. *celerrimus*.

NŌTĀ BENE:
- super. < compar. < positīvus gradus
summus < superior -ius < super(us) -er|a -er|um
īnfimus < īnferior -ius < īnfer(us) -er|a -er|um

NEQUE ŪLLUS…

neque ūllus -a -um: Nēmō deōrum pēior est marītus quam Iuppiter, ***neque ūlla*** *dea pēior est uxor quam Venus* (cap. XIV, v. 14).
neque umquam: Computāre nūllō modō potest, ***neque umquam*** *rēctē respondet* (cap. XXIII, v. 26).
neque quisquam: Ipsī per nōs hinc effugere nōn possumus, ***neque quisquam*** *nōs in fugiendō iuvāre poterit* (v. 26).
neque quidquam: Sed nunc nec īnfantēs cūrāre ***nec quidquam*** *aliud agere potest, quia aegrōtat.* (cap. 27, v. 106)

ESTŌ! ESTŌTE! = ES! ESTE! (imperātīvus futūrī temporis)

Cautus es|tō, mī fīlī! (v. 81)
Cautī es|tōte, amīcī!

ĪNSULAE PARVAE TIBI VIDENTUR (vidērī + nom. + inf.)

- dē oculīs:

Mārcus nōn ***videt*** *Quīntum* (cap. III, v. 11, = *Quīntus ā Mārcō nōn vidētur*)
Mēdus prope Rōmam est; iam mūrī Rōmānī ab eō ***videntur*** (cap. VI, vv. 74-75, = *iam mūrōs Rōmānōs videt*)

- dē animō:

Nōnne tibi satis fuit vestem tuam novam perdere? (cap. XXIII, vv. 72-72)
Licetne *mihi* venīre? (cap. XVI, vv. 82-83). Est *mihi* nōmen...
Haec epistula est *mihi* difficilis lectū.
Īnsulae haud parvae sunt, quamquam parvae esse ***videntur*** (vv. 92-94)
Mēlos īnsula… nōn tam parva est quam tibi ***vidētur*** (vv. 94-95, = *quam tū putās*)
Puer in somnīs sibi ***vidētur****… volāre* (vv. 143-145, = *sē volāre putat*)

DĒLECTANDĪ / MONENDĪ CAUSĀ

Causa nārrandī	**Quō modō?**	**Fīnis nārrandī: volō...**
dēlectāre et monēre volō dēlectātūrus et monitūrus sum	nārrandō	dēlectāre et monēre

Nārrō tibi fābulam, quia tē nōn modo dēlectāre, sed etiam monēre volō.
Nōn sōlum dēlectandī, sed etiam monendī causā nārrō tibi fābulam (vv. 133-135).

Daedalus ālās cōnfēcit, quia fugere volēbat.
Daedalus ālās cōnfēcit fugiendī causā / ad fugiendum / ad fugam.

Tabellārius venit
- *pecūniam postulātum.*
- ad pecūniam postulandum.
- pecūniam postulandī causā.
- pecūniam postulātūrus. (cum verbīs *eundī*)
- quia pecūniam postulāre vult.

CONSPECTVS GRAMMATICVS CAP. XXVII

CONIUNCTĪVUS TEMPORIS PRAESENTIS – PARS I

I. coniugātiō				**II, III, IV coniugātiō**						**ESSE**	**ĪRE**
sg.	1.	*-e|m*	*-e|r*	sg.	1.	*-a|m*	*-a|r*	sg.	1.	*sim*	*eam*
	2.	*-ē|s*	*-ē|ris*		2.	*-ā|s*	*-ā|ris*		2.	*sīs*	*eāmus*
	3.	*-e|t*	*-ē|tur*		3.	*-a|t*	*-ā|tur*		3.	*sit*	*eat*
pl.	1.	*-ē|mus*	*-ē|mur*	pl.	1.	*-ā|mus*	*-ā|mur*	pl.	1.	*sīmus*	*eāmus*
	2.	*-ē|tis*	*-ē|minī*		2.	*-ā|tis*	*-ā|minī*		2.	*sītis*	*eātis*
	3.	*-e|nt*	*-e|ntur*		3.	*-a|nt*	*-a|ntur*		3.	*sint*	*eant*

Quīntus**:** *Tē hīc manēre* ***volō****, Syra.* (cap. XXV, v. 2-3) = *Maneās, Syra.*

Tē cautum esse volō. *(nunc volō, tū nōndum cautus es, fortasse cautus eris)*
Cautus sīs. *Cautus es!* *Cautus estō!!* *Tū cautus eris!!!*

Tē mox dormīre volō. *(nunc volō, tū nōndum dormīs, fortasse dormiēs)*
Dormiās. *Dormī!* *Dormītō!!* *Tū dormiēs!!!*

Gaudēre mē volō. *Gaudeam*.
Gaudēre tē volō. *Gaudeās*.
Gaudēre eum volō. *Gaudeat*.

Gaudēre nōs volō. *Gaudeāmus*.
Gaudēre vōs volō. *Gaudeātis*.
Gaudēre eōs volō. *Gaudeant*.

Bibere mē volō. *Bibam*. (= ind. fut.)
Bibere tē volō. *Bibās*.
Bibere eum volō. *Bibat*.

Bibere nōs volō. *Bibāmus*.
Bibere vōs volō. *Bibātis*.
Bibere eōs volō. *Bibant*.

Pecūniam mihi solvī volō. *Solvātur mihi pecūnia.* Volō nōs Latīnē loquī. *Loquāmur Latīnē.*

N.B. *Vīvat Acadēmia. Vīvant professōrēs.* Volō Acadēmiam vīvere. Volō professōrēs vīvere.
OPTŌ UT *Acadēmia, vīvant professōrēs.* OPTŌ UT *bene vōbīs sapiat / ut salvus sīs.*

- CUM VERBĪS POSTULANDĪ ET CŪRANDĪ + UT / NĒ ...NĒVE + CONI. PRAES.

- **imperāre**: *"Solve eōs!* ***Imperō*** *tibi ut mercēdem solvās."* (vv. 81, 84-85)
  "Accēde, serve!" Iūlius ***imperat*** *ut colōnus accēdat* (v. 78).
- **ōrāre**: *"Patientiam habē, domine!" Colōnus dominum* ***ōrat*** *ut patientiam habeat* (vv. 92-93)
- **postulāre**: *Num uxor ā tē* ***postulat*** *ut tū… īnfantēs cūrēs?* (vv. 100-101)
- **monēre**: *Vōs* ***moneō*** *ut industriē… labōrētis* (vv. 125-126).
- **cūrāre**: *Pāstōris officium est* ***cūrāre*** *nē ovēs aberrent nēve silvam petant* (vv. 139-140).
- **labōrāre**: ***Labōrā*** *ut pecūniam omnem solvās intrā fīnem huius mēnsis* (vv. 102-103).
- **efficere**: *Calor sōlis nōn ipse per sē* ***efficit*** *ut vīnum bonum sit* (vv. 124-125)
- **facere**: *At ego* ***faciam*** *ut agricolae industriī sint!* (v. 145)
- **cavēre**: *Meum officium est* ***cavēre*** *nē ovēs aberrent* (v. 173)
- **exspectāre**: *Iam trēs mēnsēs* ***exspectō*** *ut pecūnia mihi solvātur* (vv. 89-90).

QUĪ METIT FALCE ŪTITUR (v. 18-20, *ūtī* + ablātīvus īnstrūmentī)

Quōmodo metitur frūmentum? Falce metitur...
Quō īnstrūmentō serit agricola? Quī serit, nūllō īnstrūmentō ***ūtitur****.*
Quī arat, arātrō ***ūtitur****.*

NŌTĀ BENE!

- NĒ ... QUIDEM: *nē in Campāniā quidem plūrēs vīllae sunt* (v. 55)

- LOCUS -ī *m*, LOCĪ/LOCA -ōrum *m/n*: *Multa loca Italiae nōn arantur nec ūllās frūgēs ferunt praeter herbam* (vv. 30-33; loca coniūncta). *Laudat multōs locōs in librīs* (locī dīvīsī).

- PRAE: *Arātor duōs validōs bovēs quī arātrum trahunt prae sē agit* (v. 13-14; = *ante sē*). *Dominus sē prae agricolīs beātum esse cēnset* (v. 63; = *sē beātum ante agricolās, beātiōrem quam agricolae*). *Colōnus pallidus prae metū loquī nōn potest* (v. 83; = *ob metum, quia metus eum sequitur*).

- PRŌ: *Colōnus est agricola quī nōn suōs, sed aliēnōs agrōs prō dominō absentī colit et mercēdem dominō solvit prō frūgibus agrōrum* (vv. 71-73; *prō dominō absentī* < *ante dominum absentem*).

- ABS TĒ: *Cūr nōndum solvistī mercēdem quam ter quaterve iam abs tē (= ā tē) poposcī?* (vv. 79-80)

- QUAM CELERRIMĒ POTEST: *Pāstor quam celerrimē potest ad ovēs suās currit* (vv. 182-183; = *tam celeriter quam māximē fierī potest*).

CONSPECTVS GRAMMATICVS CAP. XXVIII

CONIŪNCTĪVUS TEMPORIS IMPERFECTĪ

vōx āctīva

sg. 1. *-(e)re|m*
2. *-(e)rē|s*
3. *-(e)re|t*
pl. 1. *-(e)rē|mus*
2. *-(e)rē|tis*
3. *-(e)re|nt*

vōx passīva

sg. 1. *-(e)re|r*
2. *-(e)rē|ris*
3. *-(e)rē|tur*
pl. 1. *-(e)rē|mur*
2. *-(e)rē|minī*
3. *-(e)re|ntur*

ESSE

1. *esse|m* *essē|mus*
2. *essē|s* *essē|tis*
3. *esse|t* *essē|nt*

FŌRMAE: laudāre (inf. praes. āct.) + -m, -s, -t, -mus, -tis, -nt
laudāre (inf. praes. pass.) +-r, -ris, -tur, -mur, -minī, -ntur

- CUM VERBĪS POSTULANDĪ ET CŪRANDĪ + UT / NĒ ...NĒVE + CONI. PRAES.

Iēsūs nōn sōlum ***faciēbat*** *ut caecī vidērent, surdī audīrent, mūtī loquerentur, sed etiam verbīs faciēbat ut mortuī surgerent et ambulārent* (vv. 33-36)

Pater mē ***monet*** *ut taceam* X *Pater mē* ***monēbat (/monuit/monuerat)*** *ut tacērem.*

QUEM AD FĪNEM? CŪR? UT... CONI. (ēnūntiāta fīnālia)

Praedōnēs nāvēs ***persequuntur,***	*ut mercēs et pecūniam rapiant nautāsque occīdant* (vv. 133-135). *mercēs et pecūniam rapiendī et nautās occīdendī causā.*
Ē vīllā ***fūgī***	*ut verbera vītārem et ut amīcam meam vidērem ac semper cum eā essem* (vv. 162-163).
Petrus ***ambulābat*** *super aquam,*	*ut venīret ad Iēsum* (v. 103). *ad Iēsum ventūrus.* *ad Iēsum perveniendī causā.*
Eāmus	*prānsum.* *ad prāndium.* *ad prāndendum.* *in triclīnium prāndendī causā.* *(in triclīnium) prānsūrī.* *in triclīnium ut prāndeāmus.*

TAM STULTUS *UT* CRĒDAT

(ēnūntiāta cōnsecūtīva < cōnsequī)

Num quis tam stultus ***est****, ut ista vēra esse crēdat?*(v. 90)

Canis tam celeriter ***currit*** *ut tabellārium cōnsequātur.*

Neptūnus, Iuppiter, Plūtō, mundum ūniversum ita inter sē ***dīvīsērunt****, ut Iuppiter rēx caelī esset, rēx maris esset Neptūnus, Plūtō autem rēgnāret apud Īnferōs* (vv. 86-88).

"STULTOMETRUM"


Tam stultus est *ut* istās fābulās vērās esse crēdat. 4

Satis stultus est, sed tamen nōn crēdit. 3

Stultus est, sed tamen nōn crēdit. 2

Ferē stultus est, sed tamen nōn crēdit. 1

Nōn est stultus, ergō nōn crēdit. 0



VERBA DĪCENDĪ ET SENTIENDĪ + AcI X UT + CONI.

- cum accūsātīvō et īnfīnītīvō

Lȳdia: *Homō super mare ambulāre potest.*
Gubernātor: *Quid dīcis?*
Lȳdia: *Et ego* ***dīcō*** *hominem super mare ambulāre posse.*
Gubernātor: *Ego vērō nōn* ***crēdō*** *hominem super mare ambulāre posse.*
Gubernātor: *Mihi nēmō* ***persuādēbit*** *hominem super mare ambulāre posse* (vv. 101-102).

- cum *ut* et coniūnctīvō

Mēdus: *Lȳdia, lux mea, eāmus in Graeciam! Volō tē mēcum īre. Ōrō tē ut mēcum eās. Ecce, ānulus quem tibi ēmī!*
Lȳdia: *Quam pulcher est! Tē amō. Tē sequar etiam ad Inferōs!*
Mēdus ***ōrāvit*** *ut Lȳdia sēcum venīret.*
Mēdus Lȳdiae ***persuāsit****, ut sēcum (: cum Mēdō) venīret* (v. 174-175).
Mēdus: *Lȳdiae* ***persuāsī*** *ut mēcum ex Italiā proficīscerētur.*

DĀVUS... EUM SĒCUM (: cum ipsō Dāvō) VENĪRE IUBET

Dāvus... eum sēcum (: cum ipsō Dāvō) venīre iubet (cap. XIV, v. 87; = *eī imperat ut sēcum veniat*)
Pāstor... dominum ōrat nē sē (: ipsum pāstōrem) verberet (cap. XVII, v. 158).
Mēdus... eam... rogat ut aliquid sibi (: ipsī Mēdō) legat (v. 57).
[*Iaīrus*] *Iēsum rogāvit ut fīliam suam (: ipsīus Iaīrī) mortuam suscitāret* (vv. 65-66).

VERBA TEMPORĀLIA CUM CĀSŪ DATĪVŌ

Dominō tuō mare et ventī ***oboediunt*** (cf. v. 16).
Multa perīcula nōbīs ***impendent*** (vv. 130-131).
Dominō sevērō ***serviēbam*** (v. 158).
Sōl et calor vīneīs ***prōdest*** (v. 122).
Frīgus et imber vīneīs ***nocet*** (v. 123).

CONSPECTVS GRAMMATICVS CAP. XXIX

CONIUNCTĪVUS TEMPORIS PRAESENTIS – PARS II

I. coniugātiō				**II, III, IV coniugātiō**						**ESSE**	**ĪRE**
sg.	1.	*-e|m*	*-e|r*	sg.	1.	*-a|m*	*-a|r*	sg.	1.	*sim*	*eam*
	2.	*-ē|s*	*-ē|ris*		2.	*-ā|s*	*-ā|ris*		2.	*sīs*	*eāmus*
	3.	*-e|t*	*-ē|tur*		3.	*-a|t*	*-ā|tur*		3.	*sit*	*eat*
pl.	1.	*-ē|mus*	*-ē|mur*	pl.	1.	*-ā|mus*	*-ā|mur*	pl.	1.	*sīmus*	*eāmus*
	2.	*-ē|tis*	*-ē|minī*		2.	*-ā|tis*	*-ā|minī*		2.	*sītis*	*eātis*
	3.	*-e|nt*	*-e|ntur*		3.	*-a|nt*	*-a|ntur*		3.	*sint*	*eant*

Quīntus**:** *Nārrā mihi aliquam fābulam?* (cap. XXV, v. 3)
Syra nescit et Quīntum interrogat: *Quam fābulam mē tibi nārrāre vīs?* (cap. XXV, v. 4)
= Quam fābulam tibi ***nārrem****?*

- QUID FACIAM? QUID SPĒREM? (coniūnctīvus dubitātīvus)

Crassus sum. Volōne prāndēre an nōn? Ego dubitō. > *Prāndeamne an nōn?*
Habeō parvam pecūniam. Volō aliquid emere. Quid emere possum? > *Quid emam?*
Mercātor: Quid facere, quid spērāre possum? Quōmodo exōrem et līberōs alere possum? > *Quid faciam? Quid spērem? Quōmodo uxōrem et līberōs alam?* (vv. 21-23) *Sed quōmodo vīvāmus sine pecūniā?* (vv. 51-52)

"QUID FACIAM?" MERCĀTOR DUBITAT QUID FACIAT...
MECĀTOR DUBITĀBAT QUID FACERET...

Mēdus: "Quid respondeam?" *Mēdus rubēns* ***nescit*** *quid respondeat.* (cap. XXVIII, v. 184)

Mercātor: *"Quid faciam? Quid spērem? Quōmodo uxōrem et līberōs alam?" Sed quōmodo vīvāmus sine pecūniā?"* (vv. 21-23, 51-52)
Mercātor **dubitat** quid faciat, quid spēret, quōmodo uxōrem et līberōs alat....

Mercātor: *Quid ergō faciam? Ipse dē nāve saliam, an in eādem nāve maneam?* (vv. 56-57).
Mercātor ita perturbātus est, ut sē **interroget**, utrum in mare saliat an in nāve remaneat .
Mercātor sē **interrogāvit** utrum in mare salīret an in nāve remanēret.

"NŌNNE TUA EST ISTA PECŪNIA?"
NUNC TĒ INTERROGŌ TUANE SIT PECŪNIA.
MODO TĒ INTERROGĀVĪ TUANE ESSET PECŪNIA.

Lȳdia (cf. XXVIII, v. 187): *Nōnne tua est ista pecūnia?* Lȳdia **interrogat** an sit pecūnia Mēdī.
Lȳdia post breve tempus dīcit: *Modo tē* ***interrogāvī*** *tuane esset pecūnia*.

Rēx: Num scītis ubi sit Arīōn et quid faciat?
Rēx eōs ***interrogāvit*** *'num scīrent ubi esset Arīōn et quid faceret?'* (vv. 105-106).

Num haec fābula vēra est? Equidem nōn crēdō.
Dubitō *num haec fābula vēra sit* (vv. 116-117).

SEMPER GAUDEŌ, CUM DĒ LĪBERĪS MEĪS CŌGITŌ ('cum' iterātīvum < *iterāre* = *repetere*)

Semper eō tempore quō dē līberīs meīs cōgitō, gaudeō.
> *Semper gaudeō, cum dē līberīs meīs cōgitō* (v. 47).
Saepe mē vidēbās neque mē salūtābās
> *Tū numquam mē salūtābās, cum mē vidēbās* (cap. XIX, v. 100).

CUM ARĪŌN... EX ITALIĀ IN GRAECIAM NĀVIGĀRET, MAGNĀSQUE DĪVITIĀS SĒCUM HABĒRET.. ('cum' nārrātīvum)

Arīōn ex Ītaliā in Graeciam nāvigābat, magnās dīvitiās sēcum habēbat. Nautae eum nāvigantem et magnās dīvitiās sēcum habentem necāre cōnstituērunt > *Cum Arīōn... ex Italiā in Graeciam nāvigāret, magnāsque dīvitiās sēcum habēret, nauta eum necāre cōnstituērunt...* (vv. 78-80).
Arīōn vītam dēspērābat. Dēspērāns id ūnum ōrāvit. > *Cum iam vītam dēspērāret, id ūnum ōrāvit...* (vv. 88-89).
Pīrātae apud rēgem haec falsa dē Arīone nārrābant. Arīōn apud rēgem repente appāruit > *Cum haec falsa nārrārent, Arīōn repente... appāruit* (v. 110).
Polycratēs sēsē nimis fēlīcem cēnsēret. Polycratēs ānulum abiēcit. *Ānulum abiēcit, cum sēsē nimis fēlīcem cēnsēret* (v. 156-157).

GUBERNĀTOR, CUM OMNĒS ATTENTŌS VIDEAT, HANC FĀBULAM NĀRRAT... ('cum' causāle)

Quoniam *(nunc)* gubernātor omnēs attentōs videt, hanc fābulam nārrat, > *Gubernātor, cum omnēs attentōs videat, hanc fābulam nārrat...* (v. 76).

NŌTĀ BENE! 'CUM' NĀRRĀTĪVUM ET CAUSĀLE SIMILIA SUNT

(Quoniam) vītam dēspērābat, Arīōn id ūnum ōrāvit. > *Cum iam vītam dēspērāret, id ūnum ōrāvit...* (vv. 88-89).
(Quoniam) pīrātae apud rēgem haec falsa nārrābant, Arīōn repente appāruit. > *Cum haec falsa nārrārent, Arīōn repente... appāruit* (v. 110).
Polycratēs, *(quoniam)* sē nimis fēlīcem esse cēnsēbat, ānulum abiēcit. *Ānulum abiēcit, cum sēsē nimis fēlīcem cēnsēret* (v. 156-157).

UT / NĒ / UT NŌN PUERUM EXCITET... (vv. 205-211)

- QUID? (ēnūntiātum complētīvum)

Iūlius imperat: "Dāve, excitā puerum!"
Syra: Quid Iūlius Dāvō imperat?
Dēlia: Iūlius Dāvō imperat..........
Syra: *Complē (: perfice)* sententiam, Syra!
Dēlia: Iūlius Dāvō imperat *ut* puerum excitet.
Aemilia monet: "Psst, Syra, nōlī excitāre puellam."

Quid Aemilia Syram monet? Aemilia Syram monet *nē* puellam excitet.

- QUŌ CŌNSILIŌ? QUEM AD FĪNEM? (ēnūntiātum fīnāle)

Dāvus clāmat.
Quem ad fīnem Dāvus clāmat?
Dāvus clāmat *ut* puerum excitet.
Syra tacet.
Quem ad fīnem Syra tacet.
Syra tacet, *nē* puellam excitet.

- TAM/ITA... UT (NŌN) (ēnūntiātum cōnsecūtīvum)

Nēmō *tam (= tantum in modum)* stultus est *ut* istās fābulās vērās esse crēdat (cap. XXVIII, v. 90)
Georgius Galaecus *tam* celeriter currit, *ut* Georgium Bohēmum *cōnsequātur*.
Dāvus *ita* (*tam* clārē, *tantā* vōce) clāmat *ut* puerum excitet.
Syra *tam* quiēta est *ut* puellam *nōn* excitet.

"STULTOMETRUM"

Tam stultus est *ut* istās fābulās vērās esse crēdat. 4
satis stultus est, sed tamen nōn crēdit 3
stultus est, sed tamen nōn crēdit 2
ferē stultus est, sed tamen nōn crēdit 1
nōn est stultus, ergō nōn crēdit 0

UT / NĒ / UT NŌN PUERUM EXCITĀRET... (vv. 212-218)

- QUID? (ēnūntiātum complētīvum)

Iūlius Dāvō imperāvit *ut* puerum excitāret.
Aemilia Syram monuit *nē* puellam excitāret.

- QUŌ CŌNSILIŌ? QUEM AD FĪNEM (ēnūntiātum fīnāle)

Dāvus clāmāvit *ut* puerum excitāret.
Syra tacēbat, *nē* puellam excitāret.
Rapidī fluviī consistēbant nē strepitū cantum eius turbārent (vv. 72-73).

- TAM/ITA... UT / UT NŌN (ēnūntiātum cōnsecūtīvum)

Nēmō umquam *tam (= tantum in modum)* stultus fuit *ut* istās fābulās vērās esse crēderet.
Dāvus *ita* clāmāvit *ut* puerum excitāret.
Syra tam quiēta erat *ut* puellam *nōn* excitāret.
Piscem cēpit, quī tam fōrmōsus erat ut piscātor eum nōn vēnderet (v. 166-168).

MERCĀTŌRĒS MERCĒS SUĀS MAGNĪ AESTIMANT, VĪTAM NAUTĀRUM PARVĪ AESTIMANT (genetīvus pretiī)

aestimāre



Mārcus octō annōs habet. Quīntus est puer septem annōrum.

Quantī (pretiī) mercātōrēs mercēs suās aestimant? Mercātōrēs mercēs suās magnī (pretiī) aestimant, vītam nautārum parvī (pretiī) aestimant (vv. 6-7). *Mercātōrēs vītam nautārum nōn tantī (pretiī) aestimant quantī (pretiī) mercēs suās*

Gubernātor: *"Nōnne līberōs plūris aestimās quam mercēs istās?"* (v. 27).

MĒDUS ĀNULUM NŌNĀGINTĀ SĒSTERTIĪS ĒMIT (ablātīvus pretiī)

Quō īnstrūmentō Iūlius servōs improbōs verberat? Baculō (cap. IV).

Quō īnstrūmentō arātor ūtitur? Arātrō (cap. XXVII).

Quibus īnstrūmentīs hominēs emunt et vēndunt variās rēs? Nummīs (cap. VII).

Quantō pretiō Tabernārius ānulum gemmātum vēndit? Magnō pretiō (cap. VIII).

Quot nummīs/Quantī (*sīc!)* Mēdus ānulum ēmit? Mēdus ānulum nōnāgintā sēstertiīs ēmit (cap. VIII).

LȲDIA PERGIT EUM FŪRTĪ ACCŪSĀRE (vv. 137-139, cf. cap. XXIII *mē pudet factī*).

- Lȳdia: *"Fūrtum fēcistī, Mēde! Frūstrā tē excūsāre cōnāris!"*
Lȳdia pergit eum fūrtī ***accūsāre****...*
Lȳdia: *Nōnne tē* ***pudet*** *factī tuī?*
Mēdus: *Nōn mē pudet fūrtī. Sī fūrtum fēcī, tuā causā id fēcī.*

- Mīnōs: "Mīnōtaurum necāvistī, Thēseu."
Cuius reī eum Mīnōs accūsat. Mīnōs Thēseum necis accūsat.

NĒMŌ NOSTRUM PERIIT... (genetīvus partitīvus)

Vīta omnium nostrum servāta est.

Georgius est ūnus ē nōbīs = Georgius est *pars* nostrī gregis. = Georgius est *ūnus* nostrum.

Nēmō nostrum periit.

Similiter: In Āfricā est *parum* aquae...
Dominus enim mihi *aliquid* pecūliī dēbēbat...
Nihil malī umquam eī acciderat ac tanta erat potestās eius...

Quid novī? (vidē cap. XXXI)

OMNĒS NŌS

GEORGIUS	ALEXANDER	EVA
IOANNA	ADAMUS	PETRUS
IACOBUS	CAROLĪNA	FABIUS

CONSPECTVS GRAMMATICVS CAP. XXX

CĒNĀBIMUS CUM PRĪMUM COCUS CĒNAM PARĀVERIT ET SERVĪ TRICLĪNIUM ŌRNĀVERINT. BREVĪ CĒNA PARĀTA ERIT ET TRICLĪNIUM ŌRNĀTUM ERIT.

FUTŪRUM PERFECTUM

vōx āctīva

	sg.	pl.
1.	*~er|ō*	*~eri|mus*
2.	*~eri|s*	*~eri|tis*
3.	*~eri|t*	*~eri|nt*

vōx passīva

≈us ≈a	*erō*
	eris
...≈um	*erit*
≈ī ≈ae	*erimus*
	eritis
...≈a	*erunt*

nunc cum cocus cēnam parāverit ← cēnābimus

tempus fugit →

nunc cum mēnsa ōrnāta erit ← prāndēbimus

tempus fugit →

Cēnābimus cum prīmum cocus cēnam parāverit et servī triclīnium ōrnāverint. Brevī cēna parāta erit et triclīnium ōrnātum erit (vv. 84–85; cf. v. 14).

Discipulus laudābitur, sī magistrō pāruerit.

Cum parātus eris, proficīscēmur.

Cum scholam perfēcerimus, prāndēbimus.

Cum Mēdus in Graeciam pervēnerit, gaudēbit.

Cum satis dormīveris, amīcī, surgētis. Cum surrēxeritis, corpus lavābitis. Cum corpus lāveritis, ībitis ientātum...

“Prīmum aperīte fenestrās, amīcī! Deinde cōnsīdēmus.” Cum fenestrās aperuerimus, cōnsīdēmus.

“Prīmum aperiantur fenestrae! Deinde cōnsīdēmus.” Cum fenestrae apertae erunt, cōnsīdēmus.

IN SINGULĪS LECTĪS AUT SINGULĪ AUT BĪNĪ AUT TERNĪ CONVĪVAE ACCUBĀRE SOLENT (numerī distribūtīvī)

- singulī, bīnī, ternī, quaternī, quīnī, sēnī, septēnī, octōnī, novēnī, dēnī, ūndēnī, duodēnī...

Duo convīvae sunt in lectō īmō, duo convīvae sunt in lectō mediō, duo convīvae sunt in lectō summō. = *In singulīs lectīs bīnī convīvae accubant* (vv. 74–75).

In vocābulō 'mea' sunt duae syllabae. In vocābulō 'tua' sunt duae syllabae. = *In vocābulīs 'mea' et 'tua' sunt ternae litterae et bīnae syllabae.*

Sunt sex sēstertiī. Mārcus et Quīntus habent sex sēstertiōs: Mārcus habet trēs et Quīntus habet trēs sēstertiōs. = *Mārcus et Quīntus ternōs sēstertiōs habent.* X Sunt trēs sēstertiī. *Mārcus et Quīntus trēs sēstertiōs habent*

Māter sex sēstertiōs habet. Trēs sēstertiōs tribuit (tribuere : dare) Quīntō. Trēs sēstertiōs tribuit Mārcō. Māter ternōs sēstertiōs inter fīliōs **distribuit** (< dis-tribuere = dīvidere).

NUMERĒMUS LATĪNĒ!

2 + 2 = 4 Duo et duo sunt quattuor.
7 – 3 = 4 Septem sine tribus sunt quattuor.
2 + 5 = 7 Duo et quīnque sunt septem.
5 – 3 = 2 Quīnque sine tribus sunt duo.

2 × 2 = 4 *Bis bīna sunt quattuor.*
2 × 3 = 6 *Bis terna sunt sex.*
6 : 3 = 2 Sēx dīvīsa per tria sunt duo.
9 : 3 = 3 Novem dīvīsa per tria sunt tria.

Iūlius distribuit inter fīliōs māla. Tria māla dedit Mārcō *(semel)*, tria māla Quīntō *(bis)*, tria māla Iūliae *(ter)*. Iūlius nōn semel neque bis, sed *ter* dedit māla. Iūlius inter fīliōs suōs nōn tantum tria, sed terna māla distribuit. *Quot māla igitur dedit Iūlius omnibus fīliīs suīs?* Iūlius omnibus fīliīs suīs dedit ter terna, id est **novem** māla. Singulī fīliī eius terna māla accēpērunt.

TRICLĪNIUM INTRĒMUS! (coniūnctīvus hortātīvus)

Volō nōs triclīnium intrāre. Ego nōs hortor *(< hortārī)*: *"Triclīnium intrēmus!"* (v. 86)
Volō nōs bibere. Ego nōs hortor: *"Ergō bibāmus!"* (v. 120)

EGO NUMQUAM ĪNSTRŪMENTŌ RŪSTICŌ ŪSUS SUM X ŌTIŌ FRUOR

ŪTĪ ŪSUM ESSE*: Quī frūmentum metit, falce ūtitur* (cap. XXVII, v. 21). *Ego numquam īnstrūmentō rūsticō ūsus sum* (v. 38).

FRUĪ: *Ōtiō fruor* (v. 23, = *ōtiō dēlector*)
Orontēs vītā rūsticā nōn fruitur (v. 35, = *vītā rūsticā nōn dēlectātur*)
Nec vērō iūcundē vīvō nisi cotīdiē bonō vīnō fruor (v. 59, = *bonō vīnō dēlector*).

DĪLIGENTER CŪRŌ UT.... PRŪDENTER FACIS... PATIENTER EXSPECTĀ... CŌNSTANTER... (adverbia)

dīligēns > Dīligenter cūrō ut colōnī agrōs meōs bene colant. (v. 34)

prūdēns > Prūdenter facis quod agrōs ipse nōn colis. (v. 35)

patiēns -ent|is > Patienter exspectā, dum servī lectōs sternunt. (v. 82)

cōnstāns -ant|is > Ab hostibus cōnstanter ac nōn timidē pugnātum est. (vidē cap. XXXIII, v. 120)

NŌTĀ BENE!

puppis, *Tiberis, sitis -is* f.: *sitim patī, sitī perīre* (vv. 55, 57).

vās vās|is n. sg., sed in plūrālī numerō *vās|a -ōrum* (*ex vāsīs aureīs cēnāre,* v. 98).

Vīnum aquā (cum aquā) miscēre = *aquam vīnō* (dat.) *miscēre* (vv. 115, 132).

Cibum sale aspergere = *salem cibō* (dat.) *aspergere* (vv. 109, 111).

CONSPECTVS GRAMMATICVS CAP. XXXI

QUID NOVĪ? (v. 2-3; vidē cōnspectum grammaticum ad cap. XXIX, *Nēmō nostrum periit*)

VĪVAT FORTISSIMUS QUISQUE! VĪVANT FĒMINAE AMANDAE! (coniūnctīvus optātīvus).

Volō tē/vōs bene valēre. –> (Optō ut) bene valeās! Ut bene valeātis! = *(Utinam) bene valeās. (Utinam) bene valeātis!*
(Optō ut) tibi bene sapiat! = *(Utinam) bene tibi sapiat.*
(Optō ut) vīvat Acadēmia, vīvant professōrēs! = *(Utinam) vīvat Acadēmia! (Utinam) vīvant professōrēs!*
(Optō ut) vīvat fortissimus quisque, vīvant fēminae amandae! = *(Utinam) vīvat fortissimus quisque! (Utinam) vīvant fēminae amandae!* (v. 172)
Volō mihi pecūniam solvī. –> (Optō mihi ut) solvātur mihi pecūnia. = *"(Utinam) solvātur mihi pecūnia!"*

CONIŪNCTĪVUS HORTĀTĪVUS ET OPTĀTĪVUS SIMILĒS SUNT

- coniūnctīvus hortātīvus: *Gaudeāmus atque amēmus!* (v. 173)

- coniūnctīvus optātīvus: *Quisquis fēminās amat, pōculum tollat et bibat mēcum!* (vv. 176–177)

VĪVANT OMNĒS FĒMINAE AMANDAE (gerundīvum)

F: fēmina quam amāre oportet *(quam volō amārī)* = fēmina amanda
mēnsa quam ōrnāre oportet *(quam volō ōrnārī)* = mēnsa ōrnanda
M: liber quem legere oportet *(quem volō legī)* = liber legendus
servus quem verberāre oportet *(quem volō verberārī)* = servus verberandus
N: pīlum quod iacere oportet *(quod volō iacī)* = pīlum iaciendum

Liber legendus est. Mittō tibi librum legendum. Nōn habeō plūs temporis ad librum legendum. Iūlius: "Servī, estisne parātī ad lectīcam portandam?" Servī multum temporis consūmpsērunt in mēnsā ōrnandā.

Pāstor in silvam it	*ovem quaesītum.*
	ad ovem quaerendam.
	ovem quaerendī causā.
	ovis quaerendae causā
	ovem quaesītūrus..
	ut ovem quaerat.

PATER QUĪ ĪNFANTEM SUUM EXPOSUIT IPSE NECANDUS EST (coniugātiō periphrastica passīva)

Tū, Mārce, nōn laudārī, sed verberārī merēs. = **Tū**, Mārce, nōn laudandus, sed verberandus es.

Hic servus nōn pūnīrī, sed laudārī dēbuit, amīce. = *Ille servus nōn pūniendus, sed potius laudandus fuit* (vv. 161–162).

Pater quī īnfantem suum exposuit ipse necandus est (vv. 132–133) = Pater quī... necārī dēbet.

Nunc merum bibendum est! (v. 177). = Merum bibere oportet. = Nunc merum bibī dēbet.

Tacendum est, nōn bibendum! (v. 178). = Tacēre, nōn bibere oportet.

MIHI EST NŌMEN GEORGIUS (*mihi* est genetīvus possessīvus; = habeō nōmen 'Georgius')

Habeō librum. = Meus est liber. = Mihi est liber.

Librum legere dēbeō. = *Mihi est liber legendus.*

Meum *(officium)* est librum legere. = *Mihi est liber legendus.*

Servī *(officium)* est mēnsam ōrnāre. = *Servō est mēnsa ōrnanda.*

Servī *(officium)*est facere quidquid dominus imperāvit. = *Quidquid dominus imperāvit, servō faciendum est* (vv. 159-160).

Hic datīvus, quī cum gerundīvō adhibētur, plērumque **datīvus auctōris** appelātur.

QUISQUIS AMAT VALEAT! DABŌ TIBI QUIDQUID OPTĀVERIS.

- **iam vīdimus:** *quī spīrat vīvus est* (cap. X, vv. 48-49)*; quod Mārcus dīcit vērum nōn est* (cap. XXI, v. 87)*,* locō *is quī...* et *id quod..*
- **quisquis/quidquid:** *Quisquis amat valeat!* (v. 196, =*Omnis homō quī amat, valeat.*); *Dabō tibi quidquid (= quicquid) optāveris* (v. 29; = *Dabō tibi omnia quae optāveris.*).

SERVĪ DOMINUM CLĒMENTEM AMANT, SEVĒRUM ŌDĒRUNT

ōdisse ↔ amāre
ōdī ↔ amō
ōderam ↔ amābam
ōderō ↔ amābō

- ŌDISSE: *Servī dominum clēmentem amant, sevērum ōdērunt* (v. 94).
- NŌSSE/NŌSCERE (cap. XXIV): *Quōmodo Mēdus... puellam Rōmānam nōscere potuit? Nesciō quōmodo, sed certō sciō eum aliquam fēminam nōvisse.*
- OBLĪVĪSCĪ OBLĪTUM ESSE (cap. XXV): *Oblīvīscere illīus virī! Redeō ad nārrātiōnem fābulae, quam ferē oblīta sum (: memoriā tenēre ferē dēsiī), dum dē aliīs rēbus loquor... Bēstiae ferae, nātūram suam oblītae (: quae nātūram suam memoriā tenēre dēsiērunt) , ad eum veniēbant... Numquam oblītus sum tuī (: semper tē memoriā tenēbam et teneō, tē nōvī)...*

CŌRAM EXERCITŪ... SUPER CHRĪSTIĀNĪS...

- CŌRAM:*Titus Mānlius Torquātus, quī fīlium suum* **cōram** *exercitū necārī iussit...* (v. 122)
- SUPER: *Nōn omnēs vērī sunt rūmōrēs quī afferuntur* **super** *Chrīstiānīs.* (*super* + abl. = *dē*, v. 147, cf. v. 200: *carmen super fēminā falsā et īnfīdā*).

NŌTĀ BENE! (verba sēmidēpōnentia)

- AUDĒRE AUSUM ESSE: *Parvae avēs canere nōn audent* (cap. X, v. 88); *Fēminam illam pulcherrimam abdūcere ausus est* (v. 169).
- REVERTĪ REVERTISSE: *Ō miserōs nautās quī numquam domum revertentur!* (cap. XX, vv. 123-124); *Iūlius tardē ex agrīs revertit* (cap. XXX, v. 12).

CONSPECTVS GRAMMATICVS CAP. XXXII

“QUĪ POĒTA ISTA SCRĪPSIT?” “NESCIŌ QUĪ POĒTA ISTA SCRĪPSERIT” (coniūnctīvus temporis perfectī)

vōx āctīva

	sg.	pl.
1.	*~eri|m*	*~eri|mus*
2.	*~eri|s*	*~eri|tis*
3.	*~eri|t*	*~eri|nt*

vōx passīva

1.	*≈us ≈a*	*sim*
2.		*sīs*
3.	*...≈um*	*sit*
1.	*≈ī ≈ae*	*sīmus*
2.		*sītis*
3.	*...≈a*	*sint*

Mārcus Dāvum interrogat: *Aperuistīne fenestram?*
Mārcus Dāvum ***interrogat*** *an fenestram aperuerit.*

Mārcus, quī dormīre vult, Dāvum interrogat: *Estne aperta fenestra?*
Mārcus Dāvum ***interrogat*** *an fenestra aperta sit.*

Gubernātor: *Quī poēta ista scrīpsit? >* ***Nesciō*** *quī poēta ista scrīpserit.* (v. 106).

Iūlius ***dubitat*** *num Mārcus ā magistrō laudātus sit* (= *num magister Mārcum laudāverit*).

- regit tempus praesēns (sciō, mīror, ignōrō, dubitō, interrogō...)

Dīxīne ita? *Haud* ***sciō*** *an ita dīxerim...* (v. 84)

Unde pecūniam sūmpsistī? ***Mīror*** *unde pecūniam sūmpseris...* (v. 132)

Cūr id nōbīs nārrāvistī? *Ego* ***mīror*** *cūr id mihi nārrāveris.* (v. 134)

Cūr hoc vōbīs nārrāvī? *Sed* ***nesciō*** *cūr hoc vōbīs nārrāverim...* (v. 155)

Quantum pecūniae pīrātae postulāvērunt? ***Scīsne*** *quantum pecūniae pīrātae ā Iūliō Caesare captō postulāverint...* (v. 169)

Quis es et quid fēcistī? *Mīlitēs* ***ignōrant*** *quī homō sīs et quid anteā fēceris.* (v. 216)

- regit tempus perfectum praesēns (nōvisse, ōdisse, oblītum esse, meminisse)

Quid modo dīxistī? *Iamne* ***oblītus es*** *quid modo dīxeris?* (v. 82, = *iamne* ***oblītus es et adhūc memoriā nōn tenēs*** *quid modo dīxeris?*)

- regit tempus futūrum:

Amīcum ē servitūte redēmī atque ipse servus factus sum. ***Nārrābō*** *vōbīs breviter quōmodo amīcum ē servitūte redēmerim atque ipse ob eam grātiam servus factus sim.* (vv. 138–139).

N.B. NĒ TIMUERIS! NĒ TIMUERITIS!

Nē timueris! = Nōlī timēre. *Nē timueritis!* = Nōlīte timēre.

Nē dēspērāveris! (v. 162)
Nē eum abiēceris! (v. 182)
Nē oblīta sīs! (v. 211)

UTINAM ALIQUANDŌ LĪBER PATRIAM VIDEAM! UTINAM NĒ PĪRĀTAE MĒ OCCĪDANT! (coniūnctīvus temporis praesentis – optātīvus)

N.B. (Optō ut) vīvat fortissimus quisque, vīvant fēminae amandae! = *(Utinam) vīvat fortissimus quisque! (Utinam) vīvant fēminae amandae!* (cap. XXXI, v. 172).

Utinam nē pīrātae mē occīdant! (v. 179).

Utinam aliquandō līber patriam videam! (v. 157).

Utinam ille ānulus vītam tuam servet! (v. 182–183)

Utinam salvī in Graeciam perveniant! (v. 223).

- TIMEŌ NĒ PĪRĀTAE MĒ OCCĪDANT
PERĪCULUM EST NĒ PĪRĀTAE MĒ OCCĪDANT

Mēdus nāvem pīrātārum videt, pīrātās timet, spērat sē ā pīrātīs nōn occīsum īrī, et dīcit: *Utinam nē pīrātae mē occīdant!* (v. 179). = ***Timeō** nē pīrātae mē occīdant* (cf. vv. 212–213).
Cūr timet Mēdus? Mēdus timet, quia **perīculum est** nē eum pīrātae occīdant.

Mēdus nāvem mīlitum videt, mīlitēs timet, spērat sē ā pīrātīs nōn Rōmam abductum īrī, et dīcit: *Utinam nē mē mīlitēs Rōmam abdūcant!* = ***Timeō** nē mīlitēs mē captum Rōmam abdūcant.* (vv. 212–213)
Cūr timet Mēdus? Mēdus timet, quia **perīculum est** nē eum mīlitēs Rōmam abdūcant.

Timeō nē... Metuō nē.... Vereor nē.... Perīculum est nē... + coni.

– UTINAM IN GRAECIAM SALVĪ PERVĒNERINT (coni. temporis perfectī - optātīvus)

Mēdus et Lȳdia in Graeciam profectī sunt. Fortasse iam in Graeciam pervēnērunt, fortasse nōn

Post duōs mēnsēs Dōrippa sē ipsa interrogat: *Pervēnēruntne iam in Graeciam Mēdus et Lȳdia?* Dōrippa, quae sōla domī est, **nescit** an Mēdus cum Lȳdiā in Graeciam salvī pervēnerint.

Dōrippa nescit, sed tamen spērat eōs salvōs pervēnisse et dīcit: *Utinam Mēdus cum Lȳdiā in Graeciam salvī iam pervēnerint!*

– TIMEŌ NĒ EŌS PĪRĀTAE CĒPERINT

...et pergit: *Utinam nē eōs pīrātae cēperint!* = ***Timeō** nē eōs pīrātae cēperint!*
= fortasse eōs cēpērunt, fortasse nōn. Lȳdia nescit an eōs pīrātae cēperint, sed spērat pīrātās eōs nōn cēpisse.

PRAEDŌNĒS MARITIMĪ TANTĀ AUDĀCIĀ SUNT UT (ablātīvus quālitātis)

Praedōnēs maritimī tantā audāciā sunt ut nē armīs quidem Rōmānōrum dēterreantur. (v. 49)
Cf. *Haec fābula nōs monet ut semper bonō animō sīmus* (29. kap., v. 123).

ITA CAESAR PRAEDŌNĒS CONTEMNĒBAT, CUM IN EŌRUM POTESTĀTE ESSET (‘cum’ concessīvum)

Ita Caesar praedōnēs contemnēbat, cum in eōrum potestāte esset (v. 174-175, = *quamquam in eōrum potestāte erat*).

Cf. ‘cum’ nārrātīvum et causāle (cap. XXIX) et ablātīvus absolūtus:

Cane lātrante, canis dormiēbat. > Cum canis lātrāret, ōstiārius dormiēbat. > Quamquam canis lātrābat, tabellārius dormiēbat.

Cane lātrante, ōstiārius ē somnō excitātus est. > Cum canis lātrāret, ōstiārius ē somnō excitātus est. > Quoniam canis lātrābat, ōstiārius ē somnō excitātus est.

Patre vīvō, filius saepe domum veniēbat. > Cum pater vīvus esset, fīlius saepe domum veniēbat.

NŌTĀ BENE!

– ALI-: Quandō? *Ali-quandō* (: nesciō quandō). Quis? *Ali-quis* (: nesciō quis). Quid? *Ali-quid* (: nesciō quid). Quantum? *Ali-quantum* (: nesciō quantum). Quot? *Ali-quot* (: nesciō quot).

– SĪ/NUM/NĒ... QUIS/QUID: *Nihil cuiquam nārrāvī dē eā rē, nē quis mē glōriōsum exīstimāret* (v. 135); *Sī quis vīllam intrāre vult, iānuam pulsat...* (cap. XXII, v. 7); *Num quid tēcum fers?* (cap. XXII, v. 104-105).

– FIT UT... + coni.: *Rārō fit ut nāvis praedōnum in marī Internō appāreat* (vv. 42–43)

– LĪBERĀRE + abl. sēpārātiōnis: *servitūte līberābantur* (v. 6), *ā pītātīs līberāre*

– OPUS ESSE + abl. īnstrūmentī: *Quid opus est armīs?* (v. 78, cf.. vv. 118, 195).

– OBLĪVĪSCĪ, REMINĪSCĪ, MEMINISSE + gen.: *eius temporis reminīscor* (v. 156), *beneficiōrum meminisse* (v. 126);

– MEMINĪ (audīvī/lēgī/vīdī et adhūc memoriā teneō) ↔OBLĪTUS SUM

– MĪLIA + gen. partitīvus: *duo mīlia annōrum, tria mīlia hominum*

– SĒSTERTIUS et NUMMUS in genetīvō plurālī habent *-um* locō *-ōrum: tria mīlia sēstertium (nummum).*

– VĪS: in numerō singulārī habet nom. *vīs*, acc. *vim* (*Tanta erat vīs et audācia eōrum ut vim Rōmānōrum contemnentēs...*, v. 13), abl. *vī* (*vī et armīs resistere*, v. 77) . In plūrālī numerō *(vīrēs -ium)* omnēs fōrmās habet et vīrēs corporis significat: *nautae omnibus vīribus rēmigant* (v. 53).

CONSPECTVS GRAMMATICVS CAP. XXXIII

QUĪ CUM ARMA CĒPISSENT ET VĀLLUM ASCENDISSENT, PRĪMŌ MĪRĀBANTUR
(coni. temporis plūsquamperfectī)

vōx āctīva

	sg.	pl.
1.	*~isse|m*	*~issē|mus*
2.	*~issē|s*	*~issē|tis*
3.	*~isse|t*	*~isse|nt*

vōx passīva

1.	*≈us*	*essem*
	≈a	
2.		*essēs*
3.	*...≈um*	*esset*
1.	*≈ī ≈ae*	*essēmus*
2.		*essētis*
3.	*...≈a*	*essent*

FŌRMAE: laudāvisse (inf. perf. āct.) + -m, -s, -t, -mus, -tis, -nt
laudātus esse (inf. perf. pass.) +-m, -s, -t, -mus, -tis, -nt

– CUM CĒPISSENT = POSTQUAM CĒPĒRUNT

Quī cum arma cēpissent et vāllum ascendissent (= postquam... cēpērunt/ascendērunt), prīmō mīrābantur quamobrem mediā nocte ē somnō excitātī essent... (vv. 109-111)

Ego quoque dubitāre coeperam num nūntius vērum dīxisset (= postquam... dīxit)... (vv. 112-113)

Cum complūrēs hōrās ita fortissimē ā nostrīs... pugnātum esset (= postquam... pugnātum est)... (vv. 119-121)

Post expugnātiōnem urbis... Urbe expugnātā... Postquam urbs expugnāta est... Post urbem expugnātam... Cum urbs expugnāta esset...	*Mīnōs, cupidus aurī atque sanguinis, nōn modo magnam pecūniam, sed etiam hominēs vīvōs ab Athēniēnsibus postulāverat* (cap. XXV, vv. 45-48)

Ā Rōmānīs fortissimē PUGNĀTUM EST = Rōmānī fortissimē pugnāvērunt (cf. *nūntiātum est,* v. 105).

UTINAM EGO RŌMAE ESSEM! (coni. temporis imperfectī - optātīvus)

Aemilius Rōmae cum familiā suā esse vult, sed, quoniam in Germāniā stipendia meret, nōn potest: *Utinam ego Rōmae essem!* (v. 67)

Aemilius vult Rōmae apud Tiberim versārī, sed in castrīs apud Dānuvium est:*Utinam hic amnis Tiberis esset et haec castra essent Rōma!* (vv. 70–71)

Aemilius vult Mercurius esse, in Italiam volāre, sed ut homō volāre nōn potest: *Sī Mercurius essem ālāsque habērem..., in Italiam volārem...!* (v. 166).

Nisi nōs hīc essēmus fīnēsque imperiī dēfenderēmus, hostēs celeriter Dānuvium trānsīrent... (vv. 82-85, item 93-95).

UTINAM PATREM AUDĪVISSEM ...! (coni. plūsquamperfectī – optātīvus)

Aemilius patrem nōn audīvit atque ad bellum profectus est. Nunc cōnsilia praeterita mūtāre vult, sed ut homō nōn iam potest: *Utinam patrem audīvissem nec ad bellum profectus essem...!* (v. 166)

Aemilius perīcula vītae mīlitāris nōn intellēxit, patrem nōn audīvit, ad bellum profectus est. Nunc iam intellegit, sed praeterita ut homō, nōn deus mūtāre nōn potest: *Sī iam tum hoc intellēxissem, certē patrem audīvissem nec ad bellum profectus essem* (vv. 181–182).

Etenim malus amīcus fuissem, nisi lacrimās effūdissem super corpus amīcī mortuī (vv. 163–164).

CONIŪNCTĪVUS OPTĀTĪVUS - CŌNSPECTUS

– PRAESENTIS (cap. XXXII, v. 179): *Utinam nē pīrātae mē occīdant!* (Mēdus clāmat, cum nāvem pīrātārum appropinquāre videat et timeat nē tempore futūrō occīdātur; fortasse occīdētur, fortasse nōn – ipse nōn vult occīdī).

– PERFECTĪ: *Utinam Mēdus cum Lȳdiā in Graeciam salvī iam pervēnerint!* (Mēdus et Lȳdia iamprīdem profectī sunt. Dōrippa nescit an iam pervēnerint: fortasse pervēnērunt, fortasse nōn – ipsa spērat eōs salvōs pervēnisse).

– IMPERFECTĪ (cap. XXXIII, v. 67): *Utinam ego Rōmae essem!* (Aemilius Rōmae cum familiā suā esse vult, sed, quoniam in Germāniā stipendia meret, nōn potest)

– PLŪSQUAMPERFECTĪ (cap. XXXIII, v. 166): *Utinam patrem audīvissem nec ad bellum profectus essem...!* (Aemilius patrem nōn audīvit atque ad bellum profectus est. Nunc cōnsilia praeterita mūtāre vult, sed ut homō nōn iam potest.)

NŪLLUM MIHI ŌTIUM EST AD SCRĪBENDUM / AD EPISTULĀS SCRĪBENDĀS (gerundium / gerundīvum)

- gerundium: *Nūllum mihi ōtium est ad scrībendum*

  - gerundīvum: *Nūllum mihi ōtium est ad -> epistulās - > scrībendās* (cf. vv. 97-98, 116)

- gerundium: *Neglegēns sum in scrībendō*

  - gerundīvum: *Neglegēns sum in -> epistulīs -> scrībendīs* (v. 94)

- gerundium: *cupidus patriam videndī*

  - gerundīvum: *cupidus patriae videndae* (v. 80)

- gerundium: *ars epistulās scrībendī*

  - gerundīvum: *ars epistulārum scrībendārum*

QUAERIS Ā MĒ CŪR TANTUM ŪNĀS LITTERĀS AD TĒ SCRĪPSERIM... (numerī distribūtīvī + plūrālia tantum)

- *ūna littera: A* - *duae litterae: A, B* - *trēs litterae: A, B, C*
- *ūnae litterae (= ūna epistula)* - *bīnae litterae (= duae epistulae)* - *trīnae litterae* (v. 91, = *trēs epistulae*)

- ūna, bīna, trīna, quaterna, quīna, sēna, septēna, octōna, novēna, dēna *castra*, cēt.

NŌTĀ BENE!

– **CUM**: *Quaeris ā mē cūr tibi ūnās tantum litterās scrīpserim, cum interim trīnās quaternāsve litterās ā tē accēperim* (vv. 90-92; = quamquam interim trīnās quaternāsve litterās ā tē accēpī)

– **CUM**: *Sed quōmodo aliōs cōnsōler, cum ipse mē cōnsōlārī nōn possim* (vv. 160-161; = vix possum aliōs cōnsōlārī, quoniam ipse mē cōnsōlārī nōn possum)

– ...**QUOD**... + CONIŪNCTĪVUS OBLĪQUUS

FUĪ: *Haud difficile est mē excūsāre, quod neglegēns fuī in scrībendō* (= ego fateor mē neglegentem fuisse in scrībendō, sed haud difficile est mē excūsāre quoniam...)

FUERIM: *Haud difficile est mē excūsāre, quod neglegēns fuerim in scrībendō* (v. 92-93, = tū dīcis mē neglegentem fuisse in scrībendō, haud difficile est mē excūsāre)

– Dux mīlitēs laudāvit, quia fortiter pugnāverant.

Dux virtūtem nostram laudāvit 'quod contrā hostēs numerō superiōrēs fortissimē pugnāvissēmus'. (vv. 143-145; nōn ego laudāvī, sed dux noster, cuius verba nunc referō)

EGO QUOQUE DUBITĀRE COEPERAM NUM NŪNTIUS VĒRUM DĪXISSET.

DĪCITNE NŪNTIUS VĒRUM?

– *Ego **dubitō** num nūntius (eōdem tempore) vērum dīcat.*

– *Ego quoque **dubitāre coepī** num nūntius (eōdem tempore) vērum dīceret.*

DĪXISTĪNE VĒRUM?

– *Ego **dubitō** num nūntius (anteā) vērum dīxerit.*

– *Ego quoque **dubitāre coeperam** num nūntius (anteā) vērum dīxisset.* (vv. 112-113)

DĪCETNE NŪNTIUS VĒRUM? ESTNE NŪNTIUS VĒRUM DICTŪRUS?

– *Ego **dubitō** num nūntius (crās) vērum dictūrus sit.*

– *Ego quoque **dubitāre coeperam** nūntius (posterō diē) vērum dictūrus esset.*

NŌTĀ BENE!

– NUMERŌ: *hostēs numerō superiōrēs* (v. 144) est ablātīvus līmitātiōnis velut *pede aeger* (cap. XI, v. 55), *nōmine Mēdus*, cēt.

– NĀRRĀ|TŌ! NĀRRĀ|TŌ|TE!: *Nisi ea spēs mē fallit, posthāc plūrēs epistulās ā mē exspectātō, atque plūrēs etiam ipa scrībitō! Etiam alōs monētō ut ad mē litterās dent! Et dē rē pūblicā et dē rē prīvātā nārrātōte mihi! Scītōte mē omnia quae apud vōs fīunt cognōscere velle.*

Scrīb|itō, scrīb|itōte (sed *es|tō, es|tōte* < *esse*, cap. XXVI, v. 81, *fer|tō fer|tōte* < *ferre*).

Imperātīvus temporis futūrī

	sg.	pl.
1. 2. 4.	-*tō*	-*tōte*
3.	-i*tō*	-i*tōte*

CONSPECTVS GRAMMATICVS CAP. XXXIV

HOC SCIO QUOD SCRĪBIT NŪLLA PUELLA TIBĪ. (‘quod’ explicātīvum)

‘QUOD’ EXPLICĀRE POTEST...

...NŌMEN SUBSTANTĪVUM:

Cf. Mēdus baculum, **quod** in mēnsā est, videt. (cap. IV, vv. 75)

Causa pugnae discipulōrum fuit, **quod** Mārcus mātrem Sextī foedam esse dīxerat.

...VERBUM TEMPORĀĹE:

Homō volāre nōn potest **quod** (: quia) ālās nōn habet.

Gaudeō **quod** bene valētis. / Gaudeō vōs bene valēre.

Grātiās tibi agō quod mihi bene fēcistī / Grātiās tibi agō prō beneficiō. (cf. cap. XXXII, v. 123)

NEQUE DĪCITUR: ~~Grātiās tibi agō quia...~~

...NŌMEN ADIECTĪVUM:

Grātum est nōbīs **quod** bene valētis.

NEQUE DĪCITUR: ~~*Grātum est nōbīs vōs valēre*~~.

...AT DĪCĪ POTEST: Gaudeō **quod** bene valētis. / Gaudeō vōs bene valēre.

Bonum est **quod** os Mārcī frāctum nōn est.

NEQUE DĪCITUR: ~~*Bonum est os Mārcī nōn frāctum esse*~~.

...AT DĪCĪ POTEST: Bonum est linguam Latīnam discere.

...PRŌNŌMEN:

“At propter hoc ipsum” inquit Iūlius “tē verberābō, homō nēquam, **quod** nihil fēcistī!” (cap. XXVII, v. 160)

Hoc scio: **quod** scrībit nūlla puella tibī. (v. 185)

NEQUE DĪCITUR: ~~*Hoc scio nūllam puellam tibi scrībere*~~.

...AT DĪCĪ POTEST: Sciō nūllam puellam tibi scrībere.

...ADVERBIUM:

Prūdenter facis **quod** agrōs ipse nōn colis. (cap. XXX, v. 35)

Pulchrē accidit **quod** vēnistī. NŌN DĪCITUR: ~~*Pulchrē accidit tē vēnisse*~~.

NŌTĀ BENE!

- IN + ACCŪSĀTĪVUS = CONTRĀ + ACC. : *Versiculōs in mē nārrātur scrībere Cinna* (v. 172). Cf. *impetum facere in hostēs.*

- NĀRRĀTUR/DĪCITUR + NŌM. CUM ĪNF. *Cinna... scrībere nārrātur/dīcitur* (v. 172, = AcI: *Cinnam... scrībere nārrant/dīcunt*). Cf. *Cum exigua pars lūnae tantum vidētur, lūna 'nova' esse dīcitur* (cap. XIII, vv. 51-52).

- VERBA CUM CĀSŪ DATĪVŌ: *imperāre, pārēre, crēdere, nocēre, oboedīre, impendēre, servīre, (per)suādēre, invidēre, parcere, appropinquāre, placēre, (cōn)fīdere, ignōscere, resistere, minārī, studēre* et *-esse: prōd-esse, prae-esse, de-esse* („nōn adiuvāre"), *ad-esse* (: adiuvāre), *favēre, nūbere*, *plauder*; praeterā etiam *libet, licet*: *mihi libet* (: mihi placet, mē dēlectat; cf. *mihi licet,* cap. XVI, v. 83).

- FŌRMAE CONTRACTAE: *dī < diī*, *mī < mihi*, *nīl < nihil* (v. 118, 174), *sapīstī <sapiistī < sapīvistī* (v. 190); *-iisse/-īsse < -īvisse, -āsse < -āvisse* (*-āstī < -āvistī*: cap. XXVIII, v. 106), *nōsse < nōvisse*; *nōrat < nōverat* (v. 55, 93).

- NŌVERAT/NŌRAT: *Ovidius... ingenium mulierum tam bene nōverat quam ipsae mulierēs* (v. 55, = *ingenium mulierum Ovidiō tam bene nōtum erat quam ipsae mulierēs*); *suamque nōrat ipsam (: dominam) tam bene quam puella mātrem* (v. 93; = *ipsa eī tam bene nōta erat quam puella mātrī*).